Hans H. Ørberg


LINGVA LATINA

PER SE ILLVSTRATA

Pars I

FAMILIA ROMANA

EXERCITIA LATINA I



Hans H. Ørberg

LINGVA LATINA

PER SE ILLVSTRATA

Pars I

Familia Romana

Exercitia Latina I

Hans Ørberg

Focus Publishing
R. Pullins Co.
Newburyport, MA

LINGVA LATINA
PER SE ILLVSTRATA

Pars I:
Familia Romana (978-1-58510-201-3); hard cover (978-1-58510-238-5)
Latine Disco: Student's Manual (978-1-58510-050-7)
Grammatica Latina (978-1-58510-223-5)
Exercitia Latina I (978-1-58510-212-9)
Latin-English Vocabulary (978-1-58510-049-1)
Lingva Latina: Familia Romana CD-ROM for PC (87-90696-08-5)
Exercitia Latina I CD-ROM for PC (978-87-90696-10-8)

Pars II:
Roma Aeterna (978-1-58510-233-4); hardcover (978-1-58510-314-0)
Exercitia Latina II (978-1-58510-067-5)
Indices (87-997016-9-3)
Instructions for Part II (978-1-58510-055-2)
Latin-English Vocabulary (978-1-58510-052-1)
Lingva Latina: Roma Aeterna CD-ROM For PC (87-90696-09-3)
Exercitia Latina II CD-ROM for PC (978-87-90696-12-2)

Ancillaries:
CD-ROM for Mac, contains Familia Romana, Roma Aeterna, Exercitia Latina I & II (978-87-90696-13-9)
Caesaris: Commentarii De Bello Gallico (87-90696-06-9)
Colloqvia Personarvm (978-1-58510-156-6)
Menaechmi ex Plavti Comoedia (1-58510-051-X)
P. Vergilii Maronis: Aeneis, Libros I et IV (978-87-90696-17-7)
Petronivs: Cena Trimalchionis (87-90696-04-2)
Plavtus: Amphitryo (87-997016-7-7)
Sallustius & Cicero: Catilina (87-90696-11-5)
Sermones Romani (97-90696-07-7)

For College Students:
Lingva Latina: A College Companion (978-1-58510-191-7)

For further information on the complete series and new titles, visit www.pullins.com.

BN 10: 1-58510-212-1
BN 13: 978-1-58510-212-9

5 14 13 12 11 10 9 8 7 6

310BB

INDEX LECTIONVM

In omni disciplina informa est artis praeceptio
sine summa assiduitate exercitationis

(*Rhetorica ad Herennium* III.40)

NOTAE

<table>
<tr><td>abl.</td><td>ablātīvus</td></tr>
<tr><td>acc.</td><td>accūsātīvus</td></tr>
<tr><td>āct.</td><td>āctīvum</td></tr>
<tr><td>adi.</td><td>adiectīvum</td></tr>
<tr><td>adv.</td><td>adverbium</td></tr>
<tr><td>cēt.</td><td>cēterī -ae -a</td></tr>
<tr><td>comp.</td><td>comparātīvus</td></tr>
<tr><td>coni.</td><td>coniūnctīvus</td></tr>
<tr><td>dat.</td><td>datīvus</td></tr>
<tr><td>dēcl.</td><td>dēclīnātiō</td></tr>
<tr><td>dēp.</td><td>dēponens</td></tr>
<tr><td>ex.</td><td>exercitium</td></tr>
<tr><td>f., fēm.</td><td>fēminīnum</td></tr>
<tr><td>fut.</td><td>futūrum</td></tr>
<tr><td>gen.</td><td>genetīvus</td></tr>
<tr><td>imp.</td><td>imperātīvus</td></tr>
<tr><td>imperf.</td><td>imperfectum</td></tr>
<tr><td>ind.</td><td>indicātīvus</td></tr>
<tr><td>inf.</td><td>īnfinītīvus</td></tr>
<tr><td>m., masc.</td><td>masculīnum</td></tr>
<tr><td>n., neutr.</td><td>neutrum</td></tr>
<tr><td>nōm.</td><td>nōminātīvus</td></tr>
<tr><td>p.</td><td>pāgina</td></tr>
<tr><td>part.</td><td>participium</td></tr>
<tr><td>pass.</td><td>passīvum</td></tr>
<tr><td>perf.</td><td>perfectum</td></tr>
<tr><td>pers.</td><td>persōna</td></tr>
<tr><td>plūr., pl.</td><td>plūrālis</td></tr>
<tr><td>plūsquamperf.</td><td>plūsquamperfectum</td></tr>
<tr><td>pos.</td><td>positīvus</td></tr>
<tr><td>praes.</td><td>praesēns</td></tr>
<tr><td>sing., sg.</td><td>singulāris</td></tr>
<tr><td>sup.</td><td>superlātīvus</td></tr>
<tr><td>voc.</td><td>vocātivus</td></tr>
<tr><td>[1, 2, 3, 4]</td><td>coniugātiō I, II, III, IV</td></tr>
<tr><td>1, 2, 3</td><td>persōna I, II, III</td></tr>
<tr><td>–</td><td>thema praesentis</td></tr>
<tr><td>~</td><td>thema perfectī</td></tr>
<tr><td>≈</td><td>thema supīnī</td></tr>
<tr><td>|</td><td>finis thematis</td></tr>
<tr><td>/</td><td>sīve</td></tr>
<tr><td><</td><td>factum ex</td></tr>
</table>

EXERCITIA LATINA

CAPITVLVM PRIMVM

Cap. I

Lēctiō prīma (versūs 1–21)

Lēctiō I

est
sunt

Exercitium 1

1. Italia in Eurōpā ______ .
2. Gallia in Eurōpā ______ .
3. Italia et Gallia in Eurōpā ______ .
4. Arabia in Eurōpā nōn ______ .
5. Arabia in Asiā ______ .
6. Syria quoque in Asiā ______ .
7. Syria et Arabia in Asiā ______ .
8. Hispānia in Asiā nōn ______ .
9. Hispānia et Gallia et Italia in Eurōpā ______ .

et
fluvius
in
-ne
nōn
quoque
sed
ubi
ubi? in ...
nōn est

Exercitium 2

1. Italia ______ Eurōpā est; Graecia ______ in Eurōpā est.
2. Italia ______ Graecia in Eurōpā sunt.
3. Est ______ Arabia in Eurōpā? Arabia in Eurōpā ______ est.
4. ______ est Arabia? In Asiā est Arabia.
5. Arabia nōn est in Eurōpā, ______ in Asiā.
6. Germānia ______ in Asiā, ______ in Eurōpā est.
7. Rhēnus est in Germāniā. Rhēnus ______ est.

Exercitium 3

1. Ubi est Rōma? ...
2. Ubi est Italia? ...
3. Estne Graecia in Eurōpā? ...
4. Ubi est Aegyptus? ...
5. Estne Hispānia in Eurōpā? ...
6. Estne Syria in Eurōpā? ...
7. Ubi est Syria? ...
8. Estne Gallia in Asiā? ...
9. Ubi est Gallia? ...
10. Estne Germānia in Eurōpā? ...

Lēctiō secunda (versūs 22–61)

Lēctiō II

-us -ī
-a -ae
-um -a
fluvius fluviī
magnus magnī
īnsula īnsulae
magna magnae
oppidum oppida
magnum magna

Exercitium 4

1. Corsica īnsul ____ est. Corsica et Sardinia īnsul ____ sunt.
2. Rhēnus fluvi ____ est. Rhēnus et Dānuvius fluvi ____ sunt.
3. Brundisium oppid ____ est. Brundisium et Tūsculum oppid ____ sunt.
4. Sicilia īnsula magn ____ est.
5. Nīlus est fluvius magn ____ .
6. Brundisium oppidum magn ____ est.
7. Tūsculum nōn oppid ____ magn ____ , sed oppid ____ parv ____ est.
8. Melita nōn est īnsul ____ magn ____ , sed īnsul ____ parv ____ .
9. Tiberis nōn fluvi ____ magn ____ , sed fluvi ____ parv ____ est.
10. Rhēnus et Nīlus fluviī magn ____ sunt
11. Sicilia et Sardinia īnsulae magn ____ sunt.
12. Brundisium et Sparta oppida magn ____ sunt.

fluvius est
fluviī sunt
īnsula est
īnsulae sunt
oppidum est
oppida sunt

Exercitium 5

1. Sicilia īnsula est. Sicilia et Sardinia ______ sunt.
2. Rhēnus fluvius est. Rhēnus et Dānuvius ______ .
3. Tūsculum oppidum est. Tūsculum et Brundisium ______ .
4. Corsica et Sardinia īnsulae sunt. Sicilia quoque ______ est.
5. Nīlus et Tiberis fluviī sunt. Dānuvius quoque ______ .
6. Sparta et Delphī oppida sunt. Brundisium quoque ______ .

Graecus
imperium
multī
num
paucī
prōvincia
quid
Rōmānus

Exercitium 6

1. Tūsculum nōn oppidum Graecum, sed oppidum ______ est.
2. Sparta est oppidum ______ .
3. ______ Nīlus oppidum est? Nīlus nōn est oppidum.
4. ______ est Nīlus? Nīlus fluvius est.
5. In Arabiā nōn multī, sed ______ fluviī sunt.
6. Quid est Gallia? Gallia est ______ Rōmāna.
7. In imperiō Rōmānō nōn paucae, sed ______ prōvinciae sunt.
8. Magnum est ______ Rōmānum.

est-ne...? est / nōn est
num... est? nōn est

Exercitium 7

1. Estne Aegyptus in Āfricā? ...
2. Estne Hispānia in Āfricā? ...
3. Ubi est Hispānia? ...
4. Num Arabia in Eurōpā est? ...
5. Ubi est Arabia? ...
6. Ubi est Sparta? ...
7. Num Sparta īnsula est? ...
8. Quid est Sparta? ...
9. Num Euboea oppidum est? ...
10. Quid est Euboea? ...
11. Quid est Tūsculum? ...
12. Num Tūsculum oppidum Graecum est? ...
13. Num Nīlus fluvius parvus est? ...
14. Estne Crēta īnsula Graeca? ...
15. Suntne Rhodus et Naxus īnsulae Graecae? ...
16. Suntne multae īnsulae in Graeciā? ...
17. Suntne multī fluviī in Arabiā? ...
18. Quid est Tiberis? ...

Lēctiō III

Lēctiō tertia (versūs 62–83)

duo
Latīnus
littera
mīlle
numerus
prīmus
secundus
sex
syllaba
tertius
trēs
ūnus
vocābulum

Exercitium 8

1. III ______ Rōmānus est. I et II ______ sunt.
2. *Nōn* ______ Latīnum est. *Nōn* et *sed* ______ sunt.
3. Γ ______ Graeca est. Γ et Δ ______ sunt.
4. A et B litterae ______ sunt. C quoque ______ est.
5. *In* et *num* ______ Latīna sunt. *Et* quoque ______ est.
6. ______ [I] et ______ [II] numerī sunt. ______ [III] quoque ______ est.
7. In vocābulō *Latīna* sunt ______ [VI] litterae et ______ [III] ______ : syllaba ______ *La-*, ______ *-tī-*, ______ *-na*.
8. In capitulō prīmō sunt ______ [M] vocābula.

Exercitium 9

1. Quid est B? ...
2. Quid est Π? ...
3. Quid est *fluvius*? ...
4. Num C littera Graeca est? ...
5. Num *fluvius* vocābulum Graecum est? ...
6. Estne D littera Latīna? ...
7. Quid est Δ? ...
8. Suntne A et B litterae Latīnae? ...
9. Num Γ et Δ litterae Latīnae sunt? ...
10. Num C littera prīma est? ...
11. Num A littera secunda est? ...
12. Estne B littera secunda? ...

Exercitium 10

1. Itali____ in Eurōpā est.
2. Rōma in Itali____ est.
3. Itali____ et Graeci____ in Eurōp____ sunt.
4. Rōma nōn in Graeci____, sed in Itali____ est.
5. Imperi____ Rōmān____ magnum est.
6. In imperi____ Rōmān____ multae prōvinciae sunt.
7. Gallia est prōvinci____ Rōmāna.
8. In prōvinci____ Galliā sunt multī fluviī.
9. *Ubi* est vocābul____ Latīnum.
10. In vocābul____ *ubi* sunt trēs litterae.
11. Capitul____ prīmum: IMPERIVM ROMANVM.
12. In capitul____ prīm____ multa vocābula sunt.

-a
in -ā
-um
in -ō

Lēctiō grammatica (versūs 84–106)

Lēctiō grammatica

Exercitium 11

1. *Fluvius* singulāris est. *Fluviī* ____________ est.
2. *Īnsulae* plūrālis est. *Īnsula* ____________ est.
3. *Oppidum* ____________ est. *Oppida* ____________ est.
4. Singulāris: *fluvius;* plūrālis: ____________.
5. Plūrālis: *īnsulae;* singulāris: ____________.
6. Singulāris: *oppidum;* plūrālis: ____________.
7. Plūrālis: *numerī;* singulāris: ____________.
8. Singulāris: *littera;* plūrālis: ____________.
9. Plūrālis: *vocābula;* singulāris: ____________.
10. Singulāris: *īnsula magna;* plūrālis: ____________ ____________.
11. Plūrālis: *oppida magna;* singulāris: ____________ ____________.
12. Singulāris: *numerus Rōmānus;* plūrālis: ____________ ____________.
13. Plūrālis: *litterae Graecae;* singulāris: ____________ ____________.
14. Singulāris: *vocābulum Latīnum;* plūrālis: ____________ ____________.
15. Plūrālis: *exempla;* singulāris: ____________.

singulāris (sing.)
plūrālis (plūr.)

sing.	plūr.
-us	*-ī*
-a	-ae
-um	-a

Cap. II

CAPITVLVM SECVNDVM

Lēctiō I

Lēctiō prīma (versūs 1–24)

vir	virī
fēmina	fēminae
puer	puerī
puella	puellae

Exercitium 1

1. Mārcus puer Rōmānus est; Iūlia est ________ Rōmāna.
2. Iūlius est vir Rōmānus; Aemilia ________ Rōmāna est.
3. Mārcus nōn puella, sed ________ est.
4. Mārcus et Quīntus sunt ________, nōn puellae.
5. Iūlius et Mēdus nōn puerī, sed ________ sunt; Dāvus quoque ________ est.
6. Nōn virī, sed ________ sunt Aemilia et Dēlia; Syra quoque ________ est.

pater
māter
fīlius
fīlia
līberī
Mārcus
pater Mārcī
Iūlia
pater Iūliae
Iūlius
fīlius Iūliī
Aemilia
fīlius Aemiliae

Exercitium 2

1. Iūlius pater est. Aemilia est ________.
2. Iūlia fīlia est. Mārcus et Quīntus sunt ________.
3. Mārcus et Quīntus et Iūlia sunt trēs ________.
4. Iūlia nōn māter, sed ________ est.
5. Nōn pater, sed ________ est Mārcus.
6. Mārcus fīlius Iūliī est: Iūlius est pater Mārc________.
7. Quīntus fīlius Iūliī est: Iūlius est pater Quīnt________.
8. Iūlia fīlia Iūliī est: Iūlius est pater Iūli________.
9. Mārcus et Quīntus fīliī Aemiliae sunt: Aemilia est māter Mārc________ et Quīnt________.
10. Iūlia fīlia Aemiliae est: Aemilia est māter Iūli________.
11. Iūlia est fīlia Iūli________ et Aemili________.
12. Iūlius est pater Mārc________ et Quīnt________ et Iūli________.
13. Māter Mārc________ et Quīnt________ et Iūli________ est Aemilia.

quis?
quae?
quid?
quī?

Exercitium 3

1. ________ est Quīntus? Quīntus puer Rōmānus est.
2. ________ est pater Quīntī? Pater Quīntī est Iūlius.
3. ________ est māter Quīntī? Aemilia est māter Quīntī.
4. ________ est fīlia Iūliī et Aemiliae? Fīlia Iūliī et Aemiliae Iūlia est.
5. ________ sunt fīliī? Fīliī sunt Mārcus et Quīntus.
6. ________ est Tūsculum? Tūsculum oppidum est.
7. ________ est Γ? Γ est littera Graeca.

...que = et ...

Exercitium 4

Exemplum: fīliī et fīliae = fīliī fīliaeque.

1. Litterae et numerī = ________ ________.
2. Mārcus et Quīntus = ________ ________.
3. Puerī et puellae = ________ ________.
4. Fēminae puerīque = ________ ______ ________.
5. Servī ancillaeque = ________ ______ ________.
6. Ūna fīlia duoque fīliī = ______ ________ ______ ______ ________.

Lēctiō II

Lēctiō secunda (versūs 25–61)

dominus	
domina	
servus	servī
servī	servōrum
ancilla	ancillae
ancillae	ancillārum
	līberī
	līberōrum

Exercitium 5

1. Mēdus nōn est fīlius Iūliī, Mēdus ________ Iūliī est.
2. Dēlia nōn est fīlia Aemiliae, Dēlia ________ Aemiliae est.
3. Iūlius ________ Mēdī est. Aemilia ________ Dēliae est.
4. Dāvus et Mēdus nōn sunt dominī, sed ________.
5. Syra et Dēlia nōn sunt dominae, sed ________.
6. Iūlius dominus Dāvī est: Iūlius est dominus serv________.
7. Iūlius dominus Dāvī et Mēdī est: Iūlius est dominus serv________.
8. Aemilia domina Syrae est: Aemilia est domina ancill________.

9. Aemilia domina Syrae et Dēliae est: Aemilia est domina ancill ________ .
10. Mārcus, Quīntus Iūliaque nōn servī, sed ________ sunt.
11. Iūlius dominus serv ________ est et pater līber ________ .

Exercitium 6

quis est...? / quae est...? / quī sunt...? / cuius? –ī / –ae

1. Quis est pater Mārcī? ...
2. Quae est māter Mārcī? ...
3. Quae est fīlia Iūliī et Aemiliae? ...
4. Quī sunt fīliī Iūliī et Aemiliae? ...
5. Quis est Mēdus? ...
6. Quī sunt Mēdus et Dāvus? ...
7. Quae est Dēlia? ...
8. Quis est dominus servōrum? ...
9. Quae est domina ancillārum? ...
10. Cuius servus est Mēdus? ...
11. Cuius fīlius est Mārcus? ...

Exercitium 7

-ōrum / -ārum

1. Iūlius est dominus mult ________ serv ________ .
2. Numerus serv ________ est centum.
3. Aemilia est domina mult ________ ancill ________ .
4. Numerus serv ________ et ancill ________ magnus est.
5. In familia est magnus numerus serv ________ et ancill ________ .
6. Numerus līber ________ est trēs.
7. In familiā Iūliī est parvus numerus līber ________ .
8. In Graeciā est magnus numerus īnsul ________ .
9. In Arabiā est parvus numerus fluvi ________ .
10. In Italiā est magnus numerus oppid ________ .

Exercitium 8

magnus numerus –ōrum = multī –ī / multa –a
magnus numerus –ārum = multae –ae
parvus numerus –ōrum = paucī –ī / pauca –a
parvus numerus –ārum = paucae –ae

Exemplum:
Multī/paucī servī = magnus/parvus numerus servōrum.

1. Multae īnsulae = ________ ________ ________ .
2. Paucī fluviī = ________ ________ ________ .
3. Multa oppida = ________ ________ ________ .
4. Paucī līberī = ________ ________ ________ .
5. Magnus numerus vocābulōrum = ________ ________ .
6. Magnus numerus litterārum = ________ ________ .
7. Parvus numerus exemplōrum = ________ ________ .

Exercitium 9

quot? / ūnus -a -um / duo duae duo / trēs tria / centum / mīlle

1. ________ servī sunt in familiā Iūliī? ________ [C] servī.
2. Mēdus et Dāvus ________ [II] servī sunt.
3. Syra et Dēlia sunt ________ [II] ancillae.
4. Tūsculum et Brundisium ________ [II] oppida sunt.
5. ________ līberī in familiā sunt? ________ [III] līberī.
6. In familiā nōn ________ [II] fīliae, sed ________ [I] fīlia est.
7. In familiā nōn ________ [I] fīlius, sed ________ [II] fīliī sunt.
8. *Vir, puer, puella* ________ [III] vocābula sunt.
9. Rhēnus et Dānuvius et Tiberis ______ [III] fluviī sunt: ______ [II] fluviī magnī et ______ [I] fluvius parvus.
10. Brundisium et Sparta et Delphī ______ [III] oppida sunt: ______ [II] oppida magna et ______ [I] oppidum parvum.

11. Sardinia et Sicilia et Melita sunt ______ [III] īnsulae: ______ [II] īnsulae magnae et ______ [I] īnsula parva.
12. In Graeciā ______ īnsulae sunt? In Graeciā sunt ______ [M] īnsulae parvae magnaeque.

Lēctiō III

Lēctiō tertia (versūs 62–92)

Exercitium 10

me|us -a -um... / tu|us -a -um...

1. Cornēlius: "Estne Mēdus fīlius ________ ?"
2. Iūlius: "Mēdus nōn est fīlius ________ ."
3. Cornēlius: "Estne Dēlia fīlia ________ ?"
4. Iūlius: "Dēlia nōn est fīlia ________ ."
5. Cornēlius: "Suntne ancillae ________ Dēlia et Syra?"
6. Iūlius: "Dēlia et Syra sunt ancillae ________ ."
7. Cornēlius: "Quī sunt fīliī ________ ?"
8. Iūlius: "Fīliī ________ sunt Mārcus et Quīntus."
9. Cornēlius: "Quot servī sunt in familiā ________ ?"
10. Iūlius: "In familiā ________ sunt centum servī. Numerus servōrum ________ est centum. Familia ________ magna est."
11. Cornēlius: "Centum servī! Magnus est numerus servōrum ________ !"

Exercitium 11

antīquus / cēterī -ae -a / ecce / novus / pāgina / titulus / lib<u>er</u> lib<u>rī</u> / lib<u>rī</u> lib<u>rōrum</u> / capitu<u>lum</u> capitu<u>la</u> / capitu<u>lī</u> capitu<u>lōrum</u> / *R* = 'er'

1. ______ duo lib ______ Latīnī: liber ______ [↔ novus] et liber ______ .
2. Numerus lib ______ Latīnōrum magnus est.
3. 'LINGVA LATINA' est ______ lib______ tuī Latīnī.
4. In LINGVA LATINA sunt multae ______ (pāg. 1, 2, 3, cēterae) et multa capitul______ (cap. I et II et III et ______).
5. Numerus capitulest magnus.
6. IMPERIVM ROMANVM est capitul______ prīmum.
7. Titulus capitul______ prīmī est 'IMPERIVM ROMANVM'.
8. In capitulō prīmō mult______ vocābul______ sunt.
9. Numerus vocābul______ magnus est.
10. Rōma est vocābul______ prīmum capitul______ prīm______ .
11. R est littera prīma vocābul______ prīmī.

Lēctiō grammatica

Lēctiō grammatica (versūs 93–121)

Exercitium 12

masculīnum (masc., m.) / fēminīnum (fēm., f.) / neutrum (neutr., n.) / masc. *-us (-r)* / fēm. *-a* / neutr. *-um*

1. *Servus* vocābulum masculīnum est. *Ancilla* vocābulum ________ est. Oppidum vocābulum ________ est.
2. *Puer* nōn est vocābulum fēminīnum, sed ________ .
3. *Servus* et *dominus* vocābula ________ sunt; *fluvius* quoque ________ ________ est.
4. *Ancilla* et *domina* vocābula ________ sunt; *īnsula* quoque ________ ________ est.
5. *Oppidum* et *imperium* vocābula ________ sunt; *exemplum* quoque ________ ________ est.
6. Masculīnum: *vir* Rōmān______ .
7. Fēminīnum: *fēmin______ Rōmān______* .
8. Neutrum: *imperi______ Rōmān______* .

Exercitium 13

1. *Iūlius* pater *Mārcī* est: *Mārcī* ______ est.
2. *Iūlius* pater *Iūliae* est: *Iuliae* quoque ______ est.
3. *Iūlius dominus servī est: servī* ______ singulāris est.
4. *Iūlius dominus servōrum est: servōrum* est ______ ______ .
5. *Aemilia domina ancillae est: ancillae* ______ ______ est.
6. *Aemilia domina ancillārum est:ancillārum* est ______ ______ .
7. *Titulus capitulī est* FAMILIA ROMANA *: capitulī* ______ ______ est.
8. *Numerus capitulōrum magnus est: capitulōrum* est ______ ______ .
9. Genetīvus: singulāris *serv*______ , plūrālis *serv*______ .
10. Genetīvus: singulāris *ancill*______ , plūrālis *ancill*______ .
11. Genetīvus: singulāris *capitul*______ , plūrālis *capitul*______ .

genetīvus (gen.)

	sing.	plūr.
masc.	*-ī*	*-ōrum*
fēm.	*-ae*	*-ārum*
neutr.	*-ī*	*-ōrum*

CAPITVLVM TERTIVM

Cap. III

Lēctiō prīma (versūs 1–21)

Lēctiō I

cantat
iam
īrātus
laetus
persōna
plōrat
pulsat
rīdet
scaena
venit
videt
vocat

Exercitium 1

1. In ______ prīmā sunt trēs ______ : Iūlia, Mārcus, Quīntus.
2. Iūlia ______ : "Lalla, lalla!" Iūlia ______ est.
3. Mārcus laetus nōn est, Mārcus ______ est.
4. Mārcus Iūliam ______ .
5. ______ Iūlia nōn cantat, sed ______ .
6. Mārcus ______ : "Hahahae!"
7. Iūlia: "Ubi est māter?" Iūlia Aemiliam nōn ______ .
8. Iūlia Aemiliam ______ : "Mamma!"
9. Aemilia ______ .

Exercitium 2

-um
-am
mē

1. Mārcus Iūli______ pulsat.
2. Mārcus Quīnt______ nōn videt, sed Quīntus Mārc______ videt.
3. Quīntus: "Quid? Mārcus puell______ pulsat?"
4. Quīntus Mārc______ pulsat, et Mārcus pulsat Quīnt______ .
5. Iūlia nōn videt Aemili______ .
6. Iūlia Aemili______ vocat: "Mamma!"
7. Mārcus īrātus Iūli______ pulsat.
8. Iūlia: "Mamma! Mārcus ______ pulsat!"

Lēctiō secunda (versūs 22–48)

Lēctiō II

-at
-et
-it

Exercitium 3

1. Iūlia cant___ , et Mārcus eam puls___ !
2. Iam Iūlia nōn cant___ , sed plōr___ .
3. Iūlia Aemiliam nōn vid___ ; Iūlia Aemiliam voc___ .
4. Aemilia ven___ et interrog___ : "Ubi est Iūlius?"
5. Mārcus respond___ : "Pater dorm___ ."
6. Quīntus Iūlium voc___ .
7. Iūlius dorm___ neque Quīntum aud___ .
8. Mārcus rīd___ , quia Iūlius nōn ven___ .
9. Aemilia Mārcum verber___ .

audit
cūr
dormit
eam
eum
hic
improbus
interrogat
neque
probus
quia
respondet
tē
verberat

Exercitium 4

1. Aemilia Quīntum ______ : "Quis mē vocat?"
2. Quīntus ______ : "Iūlia ___ vocat."
3. Aemilia ______ : "_____ Iūlia plōrat?"
4. Quīntus ______ : "Iūlia plōrat, ______ Mārcus ______ pulsat."
5. Aemilia: "Mārcus puer ______ est! Ubi est Iūlius?"
6. Quīntus: "Pater nōn ______ est, sed Mārcus ______ est."
7. Quīntus Iūlium vocat; Iūlius ______ [: Quīntum] nōn ______ .
8. Mārcus: "Pater ______ neque tē audit."
9. Iūlius Quīntum nōn audit ______ venit.
10. Aemilia Mārcum ______ : tuxtax!
11. Mārcus plōrat. Iūlius Mārcum ______ ; iam Iūlius nōn ______ .
12. Mārcus nōn puer ______ , sed puer improbus est.

cūr? quia

Exercitium 5

Exemplum: Cūr Iūlia cantat? Iūlia cantat quia laeta est.

1. Cūr Mārcus Iūliam pulsat? ...
2. Cūr Iūlia plōrat? ...
3. Cūr Mārcus rīdet? ...
4. Cūr Iūlia nōn pulsat Mārcum? ...
5. Cūr Aemilia venit? ...
6. Cūr Iūlius Quīntum nōn audit? ...
7. Cūr Mārcum verberat Aemilia? ...
8. Cūr Mārcus plōrat? ...
9. Cūr venit Iūlius? ...

Lēctiō tertia (versūs 49–82)

Lēctiō III

-us	-um	-at
-a	-am	-et
	eum	-it
	eam	
	mē	
	tē	

Exercitium 6

1. Mārc______ Iūli______ pulsat, quia Iūli______ cantat.
2. Iūli______ plōrat, quia Mārcus e______ pulsat.
3. Iūlia Aemili______ vocat. Aemili______ venit.
4. Aemili______ Quīnt______ videt et e______ interrogat: "Quis ____ vocat?"
5. Quīnt______ respondet: "Iūli______ ______ vocat."
6. Aemilia: "Ubi est Iūlius?" Aemili______ Iūli______ nōn videt.
7. Quīnt______ Iūli______ vocat: "Pater!"
8. Iūli______ Quīnt______ nōn audit.
9. Aemili______ īrāta Mārc______ verberat.
10. Mārc______ plōrat, quia Aemili______ e______ verberat.
11. Iūli______ Mārc______ audit, et venit.
12. Iūlius Aemili______ et Mārc______ et Quīnt______ et Iūli______ videt.
13. Aemilia: "Mārc______ puer improb______ est."
14. Quīntus: "Mārc______ parv______ puell______ pulsat!"
15. Iūli______ īrāt______ puer______ improb______ verberat.
16. Iūli______ est puell______ prob______ .

-us quī -a quae	-um -am -it	-at -et
-us quem -a quam	-us -a	-at -et -it

Exercitium 7

1. Puella ______ cantat laeta est.
2. Puer ______ puellam pulsat improbus est.
3. Iūlia, ______ cantat, puella proba est.
4. Mārcus, ______ puer improbus est, puellam et puerum pulsat.
5. Puella ______ Mārcus pulsat est Iūlia.
6. Puer ______ Mārcus pulsat est Quīntus.

7. Iūlia, ______ parva puella est, Aemiliam vocat.
8. Aemilia, ______ Iūlia vocat, venit.
9. Aemilia, ______ māter est līberōrum, fīlium improbum verberat.
10. Fīlius ______ Aemilia verberat est Mārcus.
11. Quīntus, ______ fīlius probus est, Iūlium vocat.
12. Iūlius, ______ Quīntus vocat, nōn venit.
13. Mārcus, ______ Aemilia verberat, plōrat.
14. Iūlius, ______ iam nōn dormit, puerum audit.
15. Puer ______ Iūlius audit est Mārcus.

Exercitium 8

1. Quis Iūliam pulsat? ...
2. Quis plōrat? ...
3. Quis rīdet? ...
4. Quem Quīntus videt? ...
5. Quem Iūlia vocat? ...
6. Quis venit? ...
7. Quem Aemilia interrogat? ...
8. Quis vocat Iūlium? ...
9. Quem Aemilia verberat? ...
10. Quis iam plōrat? ...
11. Quem audit Iūlius? ...
12. Quem Iūlius verberat? ...

quis? -us
-a
quem? -um
-am

Exercitium 9

1. ______ Iūliam pulsat? Mārcus Iūliam pulsat.
2. ______ Mārcum videt? Quīntus Mārcum videt.
3. ______ Quīntus pulsat? Mārcum Quīntus pulsat.
4. ______ Aemiliam vocat? Iūlia Aemiliam vocat.
5. ______ Aemilia interrogat? Quīntum Aemilia interrogat.
6. ______ respondet? Quīntus respondet.
7. ______ vocat Quīntus? Iūlium vocat Quīntus.
8. ______ verberat Iūlius? Mārcum verberat Iūlius.

quis?
quem?

Lēctiō grammatica (versūs 83–118)

Lēctiō grammatica

Exercitium 10

Exempla: *Quīntus Mārcum videt. Mārcus Quīntum nōn videt.*
Iūlia Aemiliam vocat. Aemilia Iūliam audit.

1. *Quīntus* nōminātīvus est. *Mārcum* est ______ .
2. *Quīntum* accūsātīvus est. *Quīntus* est ______ .
3. *Iūlia* ______ est. *Aemiliam* ______ : est.
4. *Iūliam* ______ est. *Aemilia* ______ est.
5. Nōminātīvus: *Mārcus*. Accūsātīvus: *Mārc*______ .
6. Nōminātīvus: *Aemilia*. Accūsātīvus: *Aemili*______ .
7. Accūsātīvus: *Iūlium*. Nōminātīvus: *Iūli*______ .
8. Accūsātīvus: *Iūliam*. Nōminātīvus: *Iūli*______ .
9. Nōminātīvus: *puer improbus*. Accūsātīvus: *puer*______ *improb*______ .
10. Nōminātīvus: *parva puella*. Accūsātīvus: *parv*______ *puell*______ .

nōminātīvus (nōm.)
accūsātīvus (acc.)

masc.
nōm. -us (-r)
acc. -um

fēm.
nōm. -a
acc. -am

Cap. IV

Lēctiō I

CAPITVLVM QVARTVM

Lēctiō prīma (versūs 1–43)

Exercitium 1

1. I = ______ .
2. II = ______ .
3. III = ______ .
4. IV = ______ .
5. V = ______ .
6. VI = ______ .
7. VII = ______ .
8. VIII = ______ .
9. IX = ______ .
10. X = ______ .

decem
duo
novem
octō
quattuor
quīnque
septem
sex
trēs
ūnus

Exercitium 2

1. Quot sunt II et II? II et II sunt ______ .
2. Quot sunt III et III? ...
3. Quot sunt IV et IV? ...
4. Quot sunt V et V? ...
5. Quot sunt II et III? ...
6. Quot sunt III et IV? ...
7. Quot sunt IV et V? ...

2 + 2 = 4
3 + 3 = 6
4 + 4 = 8
5 + 5 = 10
2 + 3 = 5
3 + 4 = 7
4 + 5 = 9

Exercitium 3

1. In sacculō Iūliī ______ est.
2. Iūlius pecūniam in sacculō ______ .
3. In sacculō ______ [: Iūliī] multī ______ sunt.
4. Iūlius pecūniam ______ : "I, II, III, IV, V, VI, VII, VIII, IX, X."
5. Iūlius: "Quid? Decem ______ ?"
6. Iūlius ______ pecūniam suam numerat: "I, II, III..... X."
7. In ______ Iūliī nōn centum, sed ______ decem nummī sunt.
8. Iūlius: "Ubi est servus meus?" Iūlius servum ______ Dāvum nōn videt. Dāvus ______ .
9. Mēdus nōn abest; Mēdus ______ .
10. Dāvus venit. Iam duo servī ______ ; cēterī servī ______ .
11. Dāvus dominum ______ : "Salvē, domine!"
12. Iūlius Dāvum salūtat: " ______ , Dāve! Ubi est pecūnia mea?"
13. Davus nōn respondet: Dāvus ______ .

abest absunt
adest adsunt
eius
habet
numerat
nummus
pecūnia
rūrsus
sacculus
salūtat
salvē
suus
tacet
tantum

Exercitium 4

1. Quot persōnae adsunt in scaenā prīmā? ...
2. Quot virī et quot fēminae adsunt? ...
3. Quid Iūlius in sacculō habet? ...
4. Centumne nummī in sacculō sunt? ...
5. Adestne Dāvus? ...
6. Quot servī adsunt? ...
7. Quis est servus quī adest? ...
8. Quem vocat Mēdus? ...
9. Quem Dāvus salūtat? ...
10. Quot servī iam adsunt? ...

Lēctiō secunda (versūs 44–98)

Lēctiō II

Exercitium 5

eius
suum -am -ō

Exempla: Iūlius pecūniam suam numerat.
Mēdus pecūniam eius [: Iūliī] habet.

pecūnia eius
pecūniam eius
sacculus eius
sacculum eius
in sacculō eius
pecūniam suam
sacculum suum
in sacculō suō

1. Ubi est pecūnia Iūliī? Pecūnia ____ in sacculō est.
2. Iūlius pecūniam ____ in mēnsā pōnit.
3. Aemilia pecūniam ____ [: Iūliī] videt.
4. Adestne servus Iūliī? Servus ____ adest.
5. Iūlius servum ____ videt.
6. Dāvus venit et dominum ____ salūtat.
7. Dāvus sacculum ____ in mēnsā pōnit.
8. In sacculō ____ pecūnia nōn est: sacculus ____ vacuus est.
9. Dāvus nūllam pecūniam in sacculō ____ habet.
10. Iūlius ūnum nummum in sacculō ____ [: Dāvī] pōnit.
11. Iūlius: "Sūme sacculum tuum!" Dāvus sacculum ____ sūmit.
12. Mēdus nōn ____ pecūniam, sed Iūliī in sacculō ____ habet.

Exercitium 6

-e

1. Mēdus Dāvum vocat: "Dāv____!"
2. Dāvus Mēdum interrogat: "Quid est, Mēd____?"
3. Mēdus: "St! Tacē, Dāv____! Dominus adest."
4. Servus dominum salūtat: "Salvē, domin____!"
5. Dominus servum salūtat: "Salvē, serv____!"
6. Iūlius: "Ubi est pecūnia mea, Dāv____?"
7. Dāvus: "Ecce sacculus meus, domin____."
8. Iūlius: "Discēde, bon____ serv____!"
9. Iūlius Mēdum vocat: "Mēd____! Venī, improb____ serv____!"

Exercitium 7

accūsat
baculum
bonus
discēdit
ecce
is
mēnsa
nūllus
pōnit
quod
sūmit
vacuus

1. Iūlius Mēdum interrogat: "Ubi sunt nummī meī?" Mēdus ____ verbum respondet.
2. Mēdus Dāvum ____: "In sacculō Dāvī sunt nummī tuī!"
3. Dāvus: "____ sacculus meus." Dāvus sacculum suum in ____ pōnit.
4. In sacculō Dāvī nūlla pecūnia est: sacculus ____ est.
5. Dāvus servus ____ [= probus] est.
6. Iūlius ūnum nummum in sacculō Dāvī ____.
7. Dāvus laetus sacculum suum ____ et ____.
8. Quid Mēdus videt in mēnsā? Mēdus ____ Iūliī videt.
9. Mēdus baculum, ____ in mēnsā est, videt et discēdit.
10. Mēdus discēdit, quia ____ pecūniam dominī habet.

Exercitium 8

[1] -ā -at
[2] -ē -et
[3] -e -it
[4] -ī -it

1. Iūlius: "Dāvum voc____, Mēde!"
2. Mēdus Dāvum voc____: "Dāve, ven____!" Dāvus ven____.
3. Mēdus: "Salūt____ dominum!" Dāvus dominum salut____.
4. Dominus: "Tac____ et aud____, serve!" Servus tac____ et aud____.
5. Dominus: "Respond____, serve!" Servus respond____.
6. Dominus: "Sacculum tuum in mēnsā pōn____!" Servus sacculum suum in mēnsā pōn____.
7. Servus: "Vid____, domine: sacculus meus vacuus est." Dominus sacculum vacuum vid____.
8. Dominus: "Sūm____ sacculum tuum et discēd____!" Servus sacculum suum sūm____ et discēd____.

Exercitium 9

1. Quot persōnae adsunt in scaenā secundā? ...
2. Quem Mēdus accūsat? ...
3. Quid Dāvus in mēnsā pōnit? ...
4. Quot nummī in sacculō Dāvī sunt? ...
5. Estne Dāvus servus improbus? ...
6. Cūr Dāvus laetus discēdit? ...
7. Quid Mēdus videt in mēnsā? ...
8. Adestne Mēdus in scaenā tertiā? ...
9. Cūr Mēdus abest? ...
10. Num Mēdus servus probus est? ...

Lēctiō grammatica

Lēctiō grammatica (versūs 99–122)

Exercitium 10

vocātīvus (voc.)
nōm. -us
voc. -e

Exempla: *Mēdus Dāvum vocat: "Dāve!"*
Servus dominum salūtat: "Salvē, domine!"

1. *Dāve* nōn nōminātīvus, sed ____ est.
2. *Domine* quoque ____ est.
3. Nōminātīvus: *Dāvus*. Vocātīvus: *Dāv*____.
4. Nōminātīvus: *dominus*. Vocātīvus: *domin*____.
5. Vocātīvus: *Mēde*. Nōminātīvus: *Mēd*____.
6. Nōminātīvus: *servus*. Vocātīvus: *serv*____.
7. Nōminātīvus: *Mārcus*. Vocātīvus: *Mārc*____.
8. Vocātīvus: *Quīnte*. Nōminātīvus: *Quīnt*____.
9. Nōminātīvus: *-us*. Vocātīvus: -____.

Exercitium 11

imperātīvus (imp.)
indicātīvus (ind.)
[1] imp. *-ā*
ind. *-at*
[2] imp. *-ē*
ind. *-et*
[3] imp. *-e*
ind. *-it*
[4] imp. *-ī*
ind. *-it*

Exempla: *Dominus: "Salūtā mē!" Servus dominum salūtat.*
Dominus: "Tacē et audī!" Servus tacet et audit.
Dominus: "Discēde, serve!" Servus discēdit.

1. *Salūtat* indicātīvus est. *Salūtā* est ____.
2. *Tacet* et *audit* nōn imperātīvus, sed ____ est.
3. *Tacē* et *audī* nōn indicātīvus, sed ____ est.
4. *Discēde* quoque ____ est. *Discēdit* ____ est.
5. Indicātīvus: *vocat*. Imperātīvus: *voc*____.
6. Indicātīvus: *videt*. Imperātīvus: *vid*____.
7. Imperātīvus: *pōne*. Indicātīvus: *pōn*____.
8. Imperātīvus: *venī*. Indicātīvus: *ven*____.
9. Indicātīvus: *audit*. Imperātīvus: *aud*____.
10. Indicātīvus: *sūmit*. Imperātīvus: *sūm*____.
11. Indicātīvus: *-at*. Imperātīvus: -____.
12. Indicātīvus: *-et*. Imperātīvus: -____.
13. Imperātīvus: *-e*. Indicātīvus: -____.
14. Imperātīvus. *-ī*. Indicātīvus: -____.

CAPITVLVM QVINTVM

Cap. V

Lēctiō prīma (versūs 1–46)

Lēctiō I

Exercitium 1

-us -ī
-um -ōs
-a -ae
-am -ās
-um -a

1. Serv______ abest; dominus serv______ vocat.
2. Serv______ absunt; dominus serv______ vocat.
3. Ancill______ abest; domina ancill______ vocat.
4. Ancill______ absunt; domina ancill______ vocat.
5. Mārc______ et Quīnt______ fīli______ Iūliī sunt.
6. Iūlius nōn ūn______ fīli______, sed duōs fīli______ habet.
7. Iūlia fīli______ Iūliī est.
8. Iūlius nōn duās fīli______, sed ūn______ fīli______ habet.
9. Iūlius numm______ su______ numerat: in sacculō sunt decem numm______.
10. Iūlius ūn______ numm______ in sacculō Dāvī pōnit.
11. Iam ūn______ numm______ in sacculō Dāvī est.
12. Dāvus ūn______ numm____ habet. Iūlius mult______ numm______ habet.
13. Bacul______ Iūliī in mēnsā est; Mēdus bacul______ videt.
14. Iūlius interrogat. Mēdus nūll______ verb______ respondet.
15. In hortō sunt mult____ ros____ et mult____ līli____.
16. Iūlia mult____ ros____ et mult____ līli____ videt in hortō.

Exercitium 2

amat, aqua, ātrium, cubiculum, cum, ea, etiam, fenestra, foedus, habitat, hortus, līlium, nāsus, ōstium, peristӯlum, pulcher, rosa, sōlus, vīlla

1. Iūlius in magnā __________ habitat.
2. Iūlius magnam vīllam cum magnō __________ habet.
3. Iūlius __________ familiā suā in vīllā __________.
4. In hortō sunt multae __________ et multa __________.
5. Hortus Iūliī est magnus et __________.
6. Nāsus Syrae nōn pulcher, sed __________ est.
7. Syra fēmina __________ nōn est, quia __________ magnum et foedum habet.
8. Iūlius Aemiliam __________, quia __________ pulchra et proba fēmina est.
9. Iūlius nōn __________, sed cum magnā familiā in vīllā habitat.
10. In vīllā duo __________ et multae fenestrae sunt.
11. In ātriō nūllae __________ sunt.
12. Impluvium in __________ est. In impluviō __________ est.
13. In __________ est parvus hortus.
14. Iūlia in parvō __________ dormit; __________ Mārcus [= M. quoque] in parvō cubiculō dormit.

Exercitium 3

[1] -at -ant
[2] -et -ent
[4] -it -iunt

1. Iūlius in vīllā habit____.
2. Iūlius et Aemilia in vīllā habit____.
3. Aemilia trēs līberōs hab____.
4. Iūlius et Aemilia trēs līberōs hab____.
5. Aemilia Iūlium am____ et Iūlius Aemiliam am____.
6. Iūlius et Aemilia līberōs suōs am____.
7. Servī dominum salūt____ et dominus servōs salūt____.
8. Dominus imper____; servī pār____.
9. Puella cant____. Puerī nōn cant____, sed rīd____.
10. Mārcus in parvō cubiculō dorm____.
11. Iūlius et Aemilia in magnō cubiculō dorm____.

Exercitium 4

-ō -īs
-ā

1. Iūlius in magn____ vīll____ habitat cum Aemili____ et cum līber____ et serv____.
2. Iūlius et Aemilia cum Mārc____ et Quīnt____ et Iūli____ in vīll____ habitant.
3. Iūlius vīllam cum magn____ hort____ habet.
4. In hort____ multae rosae sunt.
5. Iūlius hortum habet cum mult____ ros____.
6. In Itali____ multae vīllae cum magn____ hort____ sunt.
7. In hort____ vīllārum sunt rosae.
8. In vīll____ Italiae magna ātria sunt.
9. Iūlius vīllam cum magn____ ātri____ habet.
10. In ātri____ impluvium est; in impluvi____ est aqua.
11. Iūlius cum Aemili____ in magn____ cubicul____ dormit.
12. Mārcus et Quīntus in parv____ cubicul____ dormiunt.

Exercitium 5

1. Ubi habitat Iūlius? ...
2. Num Iūlius sōlus habitat? ...
3. Quot fīliōs et quot fīliās habet Iūlius? ...
4. Quot servōs habet? ...
5. Ubi sunt rosae et līlia? ...
6. Ubi est impluvium? ...
7. Quot fenestrae in ātriō sunt? ...
8. Ubi dormit Quīntus? ...
9. Servī ubi dormiunt? ...
10. Estne Iūlius in vīllā? ...
11. Estne Aemilia in oppidō cum virō suō? ...
12. Sōlane est Aemilia in peristӯlō? ...

Lēctiō II

Lēctiō secunda (versūs 47–105)

Exercitium 6

is iī
ea eae
id ea

eum eōs
eam eās

eius eōrum
eārum

eō iīs
eā

1. Mēdus servus est; dominus _____ est Iūlius.
2. Mēdus et Dāvus servī sunt; dominus _______ est Iūlius.
3. Servī dominum suum vident et _____ salūtant.
4. Dominus servōs suōs videt et ____ salūtat.
5. Syra ancilla est; domina _____ est Aemilia.
6. Syra et Dēlia ancillae sunt; domina _______ est Aemilia.
7. Ancillae dominam suam vident et _____ salūtant.
8. Domina ancillās suās videt et ____ salūtat.
9. Estne sōla Aemilia? ___ sōla nōn est, līberī cum ___ sunt.
10. Estne sōlus Iūlius? Neque ___ sōlus est, servī cum ___ sunt.
11. Suntne ancillae cum Aemiliā? ____ cum dominā nōn sunt.
12. Iūlia in peristӯlō est; māter _____ cum ___ est.
13. Ubi sunt puerī? ___ quoque in peristӯlō sunt.
14. Līberī sōlī nōn sunt: māter _______ cum ____ est neque ___ ab ____ discēdit.
15. Hortus pulcher est, in ___ sunt multae rosae.
16. Estne pulchrum peristӯlum? ___ quoque pulchrum est; in ___ parvus hortus est.
17. Vīlla magna est; in ___ sunt multa cubicula.
18. Servī in cubiculīs dormiunt; cubicula _______ nōn magna sunt.
19. Suntne parva cubicula līberōrum? ___ quoque parva sunt.

Exercitium 7

1. Iūlia ab Aemiliā discēd____ ; puerī nōn discēd____ .
2. Aemilia imperat: "Iūliam voc____ , puerī!"
3. Puerī Iūliam voc____ : "Iūlia! Ven____ !"
4. Iūlia eōs nōn aud____ neque ven____ .
5. Iūlia puerōs voc____ : "Mārce et Quīnte! Ven____ !"
6. Puerī Iūliam aud____ neque ab Aemiliā discēd____ .
7. Quīntus: "Carp____ rosās, Iūlia!" Iūlia rosās carp____ et ex hortō ven____ cum quīnque rosīs.
8. Iūlia: "Vid____ rosās meās, mamma! Vid____ , puerī!"
9. Puerī rosās vid____ . Aemilia: "Ecce puella pulchra!"
10. Iūlia: "Aud____ , Mārce et Quīnte!"
11. Mārcus: "Māter nāsum tuum foedum nōn vid____ !"
12. Iūlia plōr____ . Mārcus rīd____ . Aemilia: "Tac____ , Mārce!"
13. Mārcus nōn tac____ . Mārcus et Quīntus rīd____ .
14. Aemilia: "Tac____ , puerī improbī!" Puerī tac____ .
15. Iūlia: "Sūm____ rosās, mamma, eāsque in aquā pōn____ !"
16. Quid ag____ Iūlia? Ea ūnam rosam sūm____ et discēd____ .
17. Aemilia: "Discēd____ , puerī! Ag____ ! Sūm____ cēterās rosās eāsque in aquā pōn____ !"
18. Puerī rosās sūm____ , discēd____ , et rosās in aquā pōn____ .
19. Aemilia: "Ven____ , ancillae!" Ancillae ven____ .
20. Aemilia: "Quid ag____ puerī? Ag____ , Dēlia! Discēd____ et interrog____ eōs!"

[1] -ā -āte / -at -ant
[2] -ē -ēte / -et -ent
[3] -e -ite / -it -unt
[4] -ī -īte / -it -iunt

Exercitium 8

1. Aemilia ____ peristȳl____ est ____ līber____ , sed ____ vir____ su____ .
2. Iūlia rosās ____ hort____ videt et ____ Aemili____ discēdit.
3. Puerī ____ Aemili____ sunt neque ___ e____ discēdunt.
4. Iūlia ____ hort____ venit ____ quīnque ros____ .
5. Rīdent puerī. Iūlia ____ ūn____ ros____ ____ i____ discēdit.
6. ____ vīll____ magnum ātrium est ____ impluvi____ .
7. ____ ātri____ puerī aquam sūmunt ____ impluvi____ rosāsque ____ aqu____ pōnunt.
8. Iūlius ____ oppid____ est ____ quattuor serv____ , sed____ Aemili____ .

ab | -ō
cum | -ā
ex | -īs
in
sine

Lēctiō grammatica (versūs 106–156)

Lēctiō grammatica

Exercitium 9

Exempla: *Iūlius nōn ūnum servum, sed multōs servōs habet.*
Aemilia nōn ūnam ancillam, sed multās ancillās habet.
Vīlla nōn ūnum cubiculum, sed multa cubicula habet.

1. *Servum* nōn nōminātīvus, sed ________ est. *Servōs* quoque ________ est.
2. *Servōs* nōn accūsātīvus singulāris, sed ________ ________ est.
3. *Servum* est accūsātīvus ________ .
4. *Ancillam* accūsātīvus est. *Ancillās* quoque ________ est.
5. *Ancillam* ________ ________ est; *ancillās* est ________ ________ .
6. *Cubiculum* nōminātīvus et ________ est. *Cubicula* quoque ________ et ________ est.
7. *Cubiculum* nōminātīvus et accūsātīvus ________ est.
8. *Cubicula* est ________ et ________ ________ .
9. Singulāris: nōminātīvus *servus*, accūsātīvus *serv____* .

accūsātīvus singulāris et plūrālis

accūsātīvus

	sing.	plūr.
m. nōm.	-us	-ī
acc.	-um	-ōs
f. nōm.	-a	-ae
acc.	-am	-ās
n. nōm.	-um	-a
acc.	-um	-a

10. Plūrālis: nōminātīvus *servī*, accūsātīvus *serv____* .
11. Singulāris: nōminātīvus *ancilla*, accūsātīvus *ancill____* .
12. Plūrālis: nōminātīvus *ancillae*, accūsātīvus *ancill____* .
13. Singulāris: nōminātīvus et accūsātīvus *cubicul____* .
14. Plūrālis: nōminātīvus et accusātīvus *cubicul____* .

Exercitium 10

Exempla: *Cum ūnō servō. Cum multīs servīs.*
Cum ūnā ancillā. Cum multīs ancillīs.
Cum ūnō cubiculō. Cum multīs cubiculīs.

1. *Servō* nōn nōminātīvus, sed ________ est.
2. *Servō* ________ singulāris est; *servīs* ________ ________ est.
3. *Ancillā* ablātīvus ________ est; *ancillīs* ________ ________ est.
4. *Cubiculō* ________ ________ est; *cubiculīs* est ________ ________ .
5. Singulāris: nōminātīvus *servus*, ablātīvus *serv____* .
6. Plūrālis: nōminātīvus *servī*, ablātīvus *serv____* .
7. Singulāris: nōminātīvus *ancilla*, ablātīvus *ancill____* .
8. Plūrālis: nōminātīvus *ancillae*, ablātīvus *ancill____* .
9. Singulāris: nōminātīvus *cubiculum*, ablātīvus *cubicul____* .
10. Plūrālis: nōminātīvus cubicula, ablātīvus *cubicul____* .

ablātīvus (abl.)

	sing.	plūr.
m. nōm.	-us	-ī
abl.	-ō	-īs
f. nōm.	-a	-ae
abl.	-ā	-īs
n. nōm.	-um	-a
abl.	-ō	-īs

Exercitium 11

1. *Vocā* imperātīvus singulāris est; *vocāte* ________ ________ est.
2. *Vocat* indicātīvus ________ est; *vocant* est ________ plūrālis.
3. *Vidē, pōne, venī* ________ ________ est; *vidēte, pōnite, venīte* ________ ________ est.
4. *Videt, pōnit, venit* ________ ________ est; *vident, pōnunt, veniunt* ________ ________ est.
5. Imperātīvus singulāris: *cantā, tac____* , *ag____* , *aud____* .
6. Imperātīvus plūrālis: *cant____* , *tac____* , *ag____* , *aud____* .
7. Indicātīvus singulāris: *cantat, tac____* , *ag____* , *aud____* .
8. Indicātīvus plūrālis: *cant____* , *tac____* , *ag____* , *aud____* .

imperātīvus et indicātīvus singulāris et plūrālis

	sing.	plūr
[1] imp.	-ā	-āte
ind.	-at	-ant
[2] imp.	-ē	-ēte
ind.	-et	-ent
[3] imp.	-e	-ite
ind.	-it	-unt
[4] imp.	-ī	-īte
ind.	-it	-iunt

CAPITVLVM SEXTVM

Cap. VI

Lēctiō prīma (versūs 1–45)

Lēctiō I

Exercitium 1

1. ________ Flāminia est ________ Rōmam et Arīminum.
2. Vīlla Iūliī ________ Tūsculum est, neque ________ ā Rōmā.
3. Ab oppidō ________ vīllam nōn longa via est.
4. Iūlius ab oppidō ad vīllam ________ .
5. Vīlla est ________ eum, oppidum ________ eum est.
6. Dominus et quattuor servī ad vīllam ________ .
7. Servī in viā ________ ; dominus in ________ est neque ambulat.
8. Duo servī lectīcam cum dominō ________ .
9. Syrus et Lēander duōs ________ in ________ portant.
10. ________ venit Iūlius? Ab oppidō venit.
11. ________ it Iūlius? Ad vīllam it.
12. Duo servī dominum ab oppidō ad vīllam ________ [= portant].
13. Dominus sōlus nōn est, ________ quattuor servī ________ eum sunt.

ad
ambulat
amīcus
ante
apud
autem
circum
duodecim
inimīcus
inter
it eunt
itaque
lectīca

14. Mēdus nummōs Iūliī habet; ________ is nōn est cum dominō.
15. Mēdus dominum īrātum ________ .
16. Mēdus servus ________ est. Dāvus ________ [= sed D.] servus bonus est.
17. Dāvus Mēdum nōn amat: Dāvus ________ Mēdī nōn est.
18. Dāvus et Mēdus nōn amīcī, sed ________ sunt.
19. Via Latīna nōn tam ________ est quam via Appia.
20. In ________ Rōmānō antīquō sunt ________ [XII] ________ .
21. ________ Tūsculum mūrus nōn ______ longus est ______ circum Rōmam.

Exercitium 2

1. Ubi est via Latīna? ...
2. Quid est Capua? ...
3. Num fluvius Tiberis tam longus est quam Nīlus? ...
4. Estne Tūsculum procul ā Rōmā? ...
5. Ubi est vīlla Iūliī? ...
6. Ubi est Iūlius? ...
7. Ambulatne Iūlius? ...
8. Quot servī apud dominum sunt? ...
9. Quī lectīcam portant? ...
10. Quid portant Syrus et Lēander? ...
11. Quō it Iūlius? ...
12. Unde venit Iūlius? ...
13. Cūr Mēdus apud dominum nōn est? ...
14. Suntne amīcī Mēdus et Dāvus? ...

Exercitium 3

1. Iūlius nōn ____ vīllā, sed ____ oppidō venit.
2. Iūlia ____ Aemiliā et ____ puerīs discēdit.
3. Iūlius ____ ūnō ad decem numerat, neque ____ decem ad centum.
4. Mēdus ____ dominō discēdit, Dāvus ____ eō nōn discēdit.
5. Britannia est procul ____ Italiā et ____ Rōmā.
6. Imperium Rōmānum est ____ Hispāniā ad Arabiam et ____ Britanniā ad Āfricam.

Exercitium 4

1. Via Appia est inter Rōm____ et Brundisi____ .
2. Inter oppid____ sunt viae. Circum multa oppid____ sunt mūrī.
3. Vīlla Iūliī est prope oppid____ Tūscul____ .
4. Inter oppid____ et vīll____ nōn longa via est.
5. Iūlius ab oppid____ Tūscul____ ad vīll____ su____ it.
6. Dominus in lectīc____ est inter du____ serv____ .
7. Ursus est ante domin____ , Dāvus post e____ est.
8. Quattuor servī apud domin____ (= cum domin____) sunt.
9. Aemilia in vīll____ est sine vir____ su____ Iūli____ .
10. Puerī apud Aemili____ sunt neque ab e____ discēdunt.
11. Iūlia ex hort____ ad Aemili____ venit cum quīnque ros____ .
12. *Ab*, nōn *ā*, ante litter____ *a-, e-, i-, o-, u-, h-!*

Exercitium 5

1. Servī ________ saccōs portant sunt Syrus et Lēander.
2. Saccī ________ servī portant nōn parvī sunt.
3. Saccus ________ Lēander portat est magnus.
4. Servus ________ magnum saccum portat laetus nōn est.
5. Dominus ________ servī vehunt est Iūlius.

longus
malus
mūrus
nam
porta
portat
post
procul
prope
quam
quō
saccus
tam
timet
umerus
unde
vehit
via

ab *ante* a- e- i- o- u- h-
ā/ab *ante cēterās litterās*

ad	-um	ab/ā	-ō
ante	-am	ex	-ā
post	-ōs	in	-īs
inter	-ās	cum	
prope	-a	sine	
circum			
apud			

quī quī
quem quōs

6. Servī ________ Iūlium vehunt sunt Ursus et Dāvus.
7. Servī ________ dominus vocat ad eum veniunt.
8. Dominus verberat servōs ________ nōn pārent.
9. Servī ________ dominus verberat improbī sunt.
10. Nummī ________ Mēdus in sacculō suō habet Iūliī sunt.

Lēctiō II

Lēctiō secunda (versūs 46–95)

Exercitium 6

quō? -um -am
unde? -ō -ā
ubi? -ī -ae

1. Quō it Mēdus? Mēdus Rōm____ it, nam amīca eius Rōm____ habitat.
2. Unde venit Cornēlius? Cornēlius Rōm____ venit.
3. Quō it Cornēlius? Cornēlius Tūscul____ it, nam is Tūscul____ habitat.
4. Unde venit Mēdus? Mēdus Tūscul____ venit.
5. Mēdus Tūscul____ Rōm____ it.
6. Cornēlius Rōm____ Tūscul____ it.
7. Iam Mēdus Rōm____ apud amīcam suam est.
8. Ubi est Cornēlius? Tūscul____ est apud familiam suam.

Exercitium 7

[1] -at -ant / -ātur -antur
[2] -et -ent / -ētur -entur
[3] -it -unt / -itur -untur
[4] -it -iunt / -ītur -iuntur

1. Dominus nōn ambul______ , sed ā servīs port______ .
2. Iūlius Aemiliam am______ et ab Aemiliā am______ .
3. Iūlius et Aemilia līberōs suōs am______ et ab iīs am______ .
4. Servī malī dominum tim______ neque ā dominō tim______ .
5. Quīntus Mārcum vid______ neque ab eō vid______ .
6. Quīntus Mārcum puls______ et ab eō puls______ .
7. Quīntus Iūlium voc______ neque ab eō aud______ .
8. Puerī Iūliam voc______ neque ab eā aud______ .
9. Equus Cornēlium veh______ ; Iūlius nōn equō, sed lectīcā veh______ .
10. Dominī veh______ , servī ambul______ .
11. Fēminae rosīs dēlect______ .
12. Iūlius nummōs in mēnsā pōn______ et numer______ .
13. Nummī ā Iūliō in mēnsā pōn______ et numer______ .

Exercitium 8

-us	-um	-t
-a	-am	
-ī	-ōs	-nt
-ae	-ās	

-us	ab/ā -ō	-tur
-a	-ā	
-ī	-īs	-ntur
-ae		

Exemplum: Dominus servum vocat = Servus ā dominō vocātur.

1. Ancilla dominum salūtat = Dominus ...
2. Dominus ā servīs salūtātur = Servī ...
3. Dominus servōs interrogat = ...
4. Dāvus accūsātur ā Mēdō = ...
5. Dāvus sacculum in mēnsā pōnit = ...
6. Iūlius ā Mēdō timētur = ...
7. Iūlius Mēdum vocat = ...
8. Iūlia ā puerīs vocātur = ...
9. Iūlia puerōs nōn audit = ...
10. Puerī vocantur ā Iūliā = ...
11. Servī improbī dominum īrātum timent = ...
12. Servī improbī ā dominō īrātō verberantur = ...

Exercitium 9

-ō
-ā
-īs

1. Cornēlius equ____ vehitur.
2. Iūlius lectīc____ vehitur.
3. Iūlia verb____ Aemiliae dēlectātur.
4. Dominus servum improbum bacul____ verberat.
5. Servī saccōs umer____ portant.

6. Servī dominum lectīc____ vehunt.
7. Mēdus vi____ Latīn____ Tūsculō Rōmam it.

Exercitium 10

1. Cornēlius nōn ambulat, sed ________ vehitur.
2. Tūsculum, ________ Cornēlius habitat, prope Rōmam est.
3. Servī quī magnam lectīcam portant ________ sunt.
4. Lȳdia est ________ Mēdī, quae Rōmae habitat.
5. Mēdus ōstium Lȳdiae ________ . Lȳdia: "________ !"
6. Mēdus ________ ōstium intrat et amīcam suam salūtat.

Exercitium 11

1. Ubi habitat Cornēlius? ...
2. Unde Cornēlius venit et quō it? ...
3. Ambulatne Cornēlius? ...
4. Cūr Mēdus equō nōn vehitur? ...
5. Cūr laetus est Mēdus? ...
6. Quae est Lȳdia? ...
7. Ubi Lȳdia habitat? ...
8. Cūr Ursus et Dāvus fessī sunt? ...
9. Cūr Iūlius fessus nōn est? ...
10. Quī Iūlium salūtant? ...

Lēctiō grammatica (versūs 96–139)

Exercitium 12

1. *Amātur, amantur* nōn verbum āctīvum, sed __________ est.
2. *Amat, amant* nōn verbum passīvum, sed __________ est.
3. *Videt, vident* quoque verbum __________ est; *vidētur, videntur* est verbum __________ .
4. *Pōnit, pōnunt* āctīvum est; *pōnitur, pōnuntur* __________ est.
5. *Audit, audiunt* __________ est; *audītur, audiuntur* est __________ .
6. Āctīvum: singulāris *voc____ , tim____ , veh____ , aud____* ; plūrālis *voc____ , tim____ , veh____ , aud____* .
7. Passīvum: singulāris *voc____ , tim____ , veh____ , aud____* ; plūrālis *voc____ , tim____ , veh____ , aud____* .

CAPITVLVM SEPTIMVM

Lēctiō prīma (versūs 1–29)

Exercitium 1

1. In peristȳlō Aemilia virum suum ________ .
2. Iūlia in cubiculō suō rosam ante nāsum ________ .
3. Iūlia nōn rīdet, sed ________ : in ________ eius sunt ________ .
4. Iūlia ________ ante oculōs tenet et ________ in speculō videt.
5. Syra ōstium pulsat. Iūlia: "Intrā!" Syra ōstium ________ et in cubiculum intrat.
6. Syra ōstium post sē ________ .
7. Iūlia: "Num nāsus meus foedus est?" Syra: "________ nāsus tuus ________ est."
8. Iūlia sē ________ et Syra lacrimās eius videt.
9. Syra: "________ oculōs! ________ laeta!"

amīca
equus
fessus
intrat
per
pulsat
ubi

Lēctiō grammatica

āctīvum (āct.)
passīvum (pass.)

	sing.	plūr.
[1] āct.	*-at*	*-ant*
pass.	*-ātur*	*-antur*
[2] āct.	*-et*	*-ent*
pass.	*-ētur*	*-entur*
[3] āct.	*-it*	*-unt*
pass.	*-itur*	*-untur*
[4] āct.	*-it*	*-iunt*
pass.	*-ītur*	*-iuntur*

Cap. VII

Lēctiō I

aperit
claudit
es
exspectat
fōrmōsus
immō
lacrima
lacrimat
oculus
sē
speculum
tenet
terget
vertit

Exercitium 2

1. Quid agunt Mārcus et Quīntus? ...
2. Estne Aemilia apud fīliōs? ...
3. Cūr Aemilia laeta nōn est? ...
4. Ubi est Iūlia? ...
5. Quid Iūlia ante nāsum tenet? ...
6. Rīdetne Iūlia? ...
7. Cūr Iūlia lacrimat? ...
8. Quid Iūlia in speculō videt? ...
9. Estne fōrmōsus nāsus Iūliae? ...
10. Quis in cubiculum eius intrat? ...
11. Cūr Syra lacrimās Iūliae nōn videt? ...
12. Quid Iūlia ante Syram tenet? ...
13. Cūr Syra oculōs claudit et tacet? ...

Exercitium 3

1. Iūlia in cubiculō suō est; ante ______ est speculum.
2. Iūlia speculum ante ______ tenet et ______ in speculō videt.
3. Iūlia ______ interrogat: "Estne foedus nāsus meus?"
4. Syra intrat; Iūlia ______ post ______ in speculō videt.
5. Syra Iūliam ante ______ videt; Iūlia ante ______ est.
6. Iūlia ______ vertit, et Syra ______ interrogat: "Quid est, Iūlia?"
7. Iūlius intrat neque ōstium post ______ claudit.
8. Iūlius intrat et ōstiārius ōstium post ______ claudit.
9. Dominus servum ad ______ vocat et ______ interrogat.

sē
eum
eam

Lēctiō secunda (versūs 30–60)

Exercitium 4

1. Iūlia in cubicul____ su____ est.
2. Syra in cubicul____ Iūliae intrat.
3. Syra: "Venī in hort____ , Iūlia! In hort____ sunt rosae."
4. In vīll____ Aemilia virum suum exspectat.
5. Iūlius in vīll____ intrat; iam Iūlius in ātri____ est.
6. Aemilia in ātri____ intrat.

Lēctiō II

in vīllā	in vīllam
in hortō	in hortum
in ātriō	in ātrium

Exercitium 5

1. Unde venit Iūlius? ...
2. Ubi servī lectīcam pōnunt? ...
3. Quī Iūlium salūtant ante ōstium? ...
4. Quō Iūlius et puerī intrant? ...
5. Quis ōstium post eōs claudit? ...
6. Ubi Lēander saccum pōnit? ...
7. Estne vacuus saccus Lēandrī? ...
8. Quid Iūlius ē saccō sūmit? ...
9. Quid Iūlius Mārcō et Quīntō dat? ...
10. Quid inest in saccō Syrī? ...
11. Fīliīsne tantum Iūlius māla et pira dat? ...
12. Adestne Iūlia? ...

Exercitium 6

1. Iūlius nōn ______ [= tantum] Mārcō, sed ______ Quīntō mālum dat.
2. Iūlius ______ Mārcō ______ Quīntō mālum dat.
1. Aemilius, quī mīles fort____ est, gladium brev____ et lev____ fert.
2. Mīlitī fort____ Rōmān____ est gladius brev____ et lev____ .
3. Mīles Rōmān____ gladiō brev____ et lev____ armātus est.
4. Rōmānī, mīlitēs fort____ , gladiōs brev____ et lev____ ferunt.
5. Mīlitibus fort____ Rōmān____ sunt gladiī brev____ et lev____ .
6. Mīlitēs Rōmān____ gladiīs brev____ et lev____ armātī sunt.
7. In ānulō Aemiliae est gemma magn____ et grav____ .
8. Aemilia gemmam habet magn____ et grav____ .
9. Aemilia gemmā magn____ et grav____ ōrnātur.
10. Pretium gemmae magn____ et grav____ est sēstertiī centum.
11. Aemilia mult____ gemmās grav____ habet.
12. Magnum est pretium gemmārum grav____ .
13. *Ōs* vocābulum nōn long____ , sed brev____ est; in hōc vocābulō brev____ duae litterae sunt.
14. *Ōs* et *pēs* vocābula nōn long____ , sed brev____ sunt.

Lēctiō III

gladius/hasta grav<u>is</u>
scūtum grave

-us/-a	-is
-um/-am	-em
-ī/-ae	-is
-ō/-ae	-ī
-ō/-ā	-ī
-um	-e
-ī/-ae	-ēs
-ōs/-ās	-ēs
-ōrum/-ārum	-ium
-īs	-ibus
-a	-ia

gladius/hasta grav<u>ior</u>
scūtum grav<u>ius</u>

-ior	-iōrēs
-iōrem	-iōrēs
-iōris	-iōrum
-iōrī	-iōribus
-iōre	-iōribus
-ius	-iōra

Exercitium 14

1. Via Appia long____ et lāt____ est quam via Latīna.
2. Multae viae long____ et lāt____ sunt quam via Latīna.
3. Saccus Syrī lev____ est quam saccus Lēandrī.
4. Syrus saccum lev____ portat quam Lēander.
5. In saccō lev____ sunt pira.
6. *Iūlius* nōmen brev____ est quam *Cornēlius*.
7. Litterae Graecae nōmina long____ habent quam Latīnae.
8. Rōmānī pīlīs brev____ et lev____ pugnant quam Germānī.
9. Mīlitēs Rōmānī fort____ sunt quam Germānī et ducī fort____ pārent quam illī.
10. Dux Rōmānus fort____ est quam dux Germānōrum et mīlitibus fort____ imperat quam ille.
11. Cornēlius equum fōrmōs____ habet quam Iūlius; Cornēlius dominus equī fōrmōs____ est.
12. Ōrnāmenta fēminam pulchram pulchr____ facere possunt.
13. Quod ōrnāmentum pulchr____ est quam ānulus gemmātus?

Exercitium 15

1. Mīlitēs Rōmānī in ________ habitant.
2. Circum castra vāllum et ________ est.
3. Vāllum prope x pedēs ________ est et duo ________ [MM] ________ longum.
4. Via quae castra in duās partēs ________ centum pedēs ________ est.
5. Cum hostēs castra ________ , Rōmānī ________ ascendunt.
6. Hostēs castra ________ nōn possunt, quia Rōmānī castra ________ .
7. Hostēs pīla in castra ________ nōn possunt.
8. ________ [= equitēs] in hostēs ________ facit.
9. Hostēs arma ad terram iaciunt ac ________ .
10. Mīles ________ nōn fugit et sine ________ [= timōre] hostēs oppugnat.
11. Rhēnus est flūmen longum et lātum et ________ .

altus
castra
dēfendere
dīvidere
equitātus
expugnāre
fortis
fossa
fugere
iacere
impetus
lātus
metus
mīlia
oppugnāre
passus
vāllum

Exercitium 16

1. Ubi habitant mīlitēs Rōmānī? ...
2. Ubi sunt castra in quibus Aemilius habitat? ...
3. Cūr nūllī puerī in castrīs habitant? ...
4. Quid est circum castra Rōmāna? ...
5. Quam altum et quam longum est vāllum castrōrum? ...
6. Quot portae in castra dūcunt? ...
7. Quam lāta via est inter duās portās? ...
8. Cum castra oppugnantur, quid agunt Rōmānī? ...
9. Quibus armīs vāllum dēfenditur? ...
10. Quid facit mīles fortis quī ab hoste petitur? ...
11. Quō fugiunt Germānī? ...
12. Cūr pīla Germānōrum procul iacī nōn possunt? ...
13. Cūr Germānia ā Rōmānīs nōn expugnātur? ...
14. Num Rōma ab hostibus expugnārī potest? ...

Lēctiō grammatica (versūs 143–225)

Exercitium 17

Dēclīnātiō quārta

Exemplum: *man|us*, gen. sing. *-ūs*, f.

	Sing.	Plūr.
1. Nōm.	*man*____	*man*____
2. Acc.	*man*____	*man*____
3. Gen.	*man*____	*man*____
4. Dat.	*man*____	*man*____
5. Abl.	*man*____	*man*____

6. *Manibus* est ________ aut ________ plūrālis.
7. *Manū* ________ *singulāris est.*
8. *Manuī* ________ ________ est.
9. *Manum* ________ ________ est.
10. *Manus* ________ ________ est.
11. *Manūs* est ________ singulāris aut ________ aut ________ plūrālis.
12. *Manuum* ________ ________ est.

Exercitium 18

Exemplum: *Mūrus altus. Porta alta. Vāllum altum.*

1. *Alt|us -a -um* est ________ prīmae et secundae dēclīnātiōnis.

	Singulāris Masc.	Fēm.	Neutr.	Plūrālis Masc.	Fēm.	Neutr.
2. Nōm.	*alt*____	*alt*____	*alt*____	*alt*____	*alt*____	*alt*____
3. Acc.	*alt*____	*alt*____	*alt*____	*alt*____	*alt*____	*alt*____
4. Gen.	*alt*____	*alt*____	*alt*____	*alt*____	*alt*____	*alt*____
5. Dat	*alt*____	*alt*____	*alt*____	*alt*____	*alt*____	*alt*____
6. Abl.	*alt*____	*alt*____	*alt*____	*alt*____	*alt*____	*alt*____
7. Voc.	*alt*____					

8. Masculīnum: *altus* est ________ ________, *altum* ________ ________, *altōs* ________ plūrālis, *altī* ________ singulāris aut ________ plūrālis, *alte* ________ ________.
9. Fēminīnum: *alta* est ________ singulāris, *altam* ________ ________, *altās* ________ ________, *altae* ________ aut ________ singulāris aut ________ plūrālis, *altā* ________ ________, *altārum* ________ ________.
10. Neutrum: *altum* est ________ aut ________ singulāris, *alta* ________ aut ________ plūrālis.
11. Masculīnum et neutrum: *altī* est ________ singulāris, *altō* ________ aut ________ singulāris, *altōrum* ________ ________.
12. *Altīs* ________ aut ________ plūrālis est.

Lēctiō grammatica

dēclīnātiō IV (gen. sing. -ūs)

	sing.	plūr.
nōm.	*-us*	*-ūs*
acc.	*-um*	*-ūs*
gen.	*-ūs*	*-uum*
dat.	*-uī*	*-ibus*
abl.	*-ū*	*-ibus*

adiectīvum dēcl. I et II

masc.	sing.	plūr.
nōm.	*-us*	*-ī*
acc.	*-um*	*-ōs*
gen.	*-ī*	*-ōrum*
dat.	*-ō*	*-īs*
abl.	*-ō*	*-īs*
voc.	*-e*	
fēm.		
nōm.	*-a*	*-ae*
acc.	*-am*	*-ās*
gen.	*-ae*	*-ārum*
dat.	*-ae*	*-īs*
abl.	*-ā*	*-īs*
neutr.		
nōm.	*-um*	*-a*
acc.	*-um*	*-a*
gen.	*-ī*	*-ōrum*
dat.	*-ō*	*-īs*
abl.	*-ō*	*-īs*

adiectīvum dēcl. III

masc./fēm.	sing.	plūr.
nōm.	*-is*	*-ēs*
acc.	*-em*	*-ēs*
gen.	*-is*	*-ium*
dat.	*-ī*	*-ibus*
abl.	*-ī*	*-ibus*
neutr.		
nōm.	*-e*	*-ia*
acc.	*-e*	*-ia*
gen.	*-is*	*-ium*
dat.	*-ī*	*-ibus*
abl.	*-ī*	*-ibus*

Exercitium 19

Exemplum: *Saccus gravis. Gemma gravis. Scūtum grave.*

1. *Grav|is -e* est adiectīvum ________ dēclīnātiōnis.

	Singulāris Masc./Fēm.	Neutr.	Plūrālis Masc./Fēm.	Neutr.
2. Nōm.	*grav*____	*grav*____	*grav*____	*grav*____
3. Acc.	*grav*____	*grav*____	*grav*____	*grav*____
4. Gen.	*grav*____	*grav*____	*grav*____	*grav*____
5. Dat.	*grav*____	*grav*____	*grav*____	*grav*____
6. Abl.	*grav*____	*grav*____	*grav*____	*grav*____

7. Masculīnum et fēminīnum: *gravis* est ________ aut ________ singulāris, *gravem* ________ ________, *gravēs* ________ aut ________ plūrālis.
8. Neutrum: *grave* est ________ aut ________ singulāris, *gravia* ________ aut ________ plūrālis, *gravis* ________ singulāris.
9. *Gravī* ________ aut ________ singulāris est.
10. *Gravibus* ________ aut ________ plūrālis est.
11. *Gravium* ________ ________ est.

comparātīvus (comp.)

masc./fēm.	sing.	plūr.
nōm.	*-ior*	*-iōrēs*
acc.	*-iōrem*	*-iōrēs*
gen.	*-iōris*	*-iōrum*
dat.	*-iōrī*	*-iōribus*
abl.	*-iōre*	*-iōribus*
neutr.		
nōm.	*-ius*	*-iōra*
acc.	*-ius*	*-iōra*
gen.	*-iōris*	*-iōrum*
dat.	*-iōrī*	*-iōribus*
abl.	*-iōre*	*-iōribus*

Exercitium 20

Comparātīvus

Exemplum: *Gladius longior. Via longior. Pīlum longius.*

1. *Longior -ius -iōr|is* est ________ adiectīvī.

	Singulāris Masc./Fēm.	Neutr.	Plūrālis Masc./Fēm.	Neutr.
2. Nōm.	*longior*	*longius*	*longiōr*____	*longiōr*____
3. Acc.	*longiōr*____	*longius*	*longiōr*____	*longiōr*____
4. Gen.	*longiōr*____	*longiōr*____	*longiōr*____	*longiōr*____
5. Dat.	*longiōr*____	*longiōr*____	*longiōr*____	*longiōr*____
6. Abl.	*longiōr*____	*longiōr*____	*longiōr*____	*longiōr*____

7. Masculīnum et fēminīnum: *longior* est ________ singulāris, *longiōrem* ________ ________, *longiōrēs* ________ aut ________ plūrālis.
8. Neutrum: *longius* est ________ aut ________ singulāris, *longiōra* ________ aut ________ plūrālis.
9. *Longiōre* ________ singulāris est.
10. *Longiōrī* ________ ________ est.
11. *Longiōribus* est ________ aut ________ plūrālis.
12. *Longiōris* ________ ________ est.
13. *Longiōrum* est ________ ________.

Cap. XIII

CAPITVLVM TERTIVM DECIMVM

Lēctiō I

Lēctiō prīma (versūs 1–45)

Exercitium 1

decimus, duodecimus, nōnus, octāvus, prīmus, quārtus, quīntus

1. ________ mēnsis ________ [I] est.
2. ________ mēnsis ________ [II].
3. ________ mēnsis ________ [III].
4. ________ mēnsis ________ [IV].
5. ________ mēnsis ________ [V].
6. ________ mēnsis ________ [VI].

7. ________ mēnsis ________ [VII].
8. ________ mēnsis ________ [VIII].
9. ________ mēnsis ________ [IX].
10. ________ mēnsis ________ [X].
11. ________ mēnsis ________ [XI].
12. ________ mēnsis ________ [XII].

Exercitium 2

1. ________ dīviditur in duodecim mēnsēs.
2. Iānuārius ________ annī prīmus est.
3. December est mēnsis annī ________ .
4. In annō sunt ________ ________ quīnque [CCCLXV] ________ .
5. ________ est centum annī; duo saecula sunt ________ [CC] annī.
6. Centum annī ________ saeculum est longum ________ .
7. Mēnsis Iānuārius ā deō Iānō ________ [= nōmen habet].
8. Iānus est deus Rōmānus cui duae ________ sunt.
9. Tempore antīquō Mārtius mēnsis prīmus ________ .
10. ________ [= illō tempore] Octōber mēnsis octāvus erat.
11. ________ autem Iānuārius est mēnsis prīmus; Octōber ________ [= ergō Octōber] mēnsis decimus est.
12. Februārius ________ [XXVIII] aut ________ [XXIX] diēs habet.
13. Cēterī ________ [XI] mēnsēs longiōrēs sunt.
14. Aprīlis ________ [XXX] diēs habet; ________ Iūnius XXX diēs habet.
15. Sex mēnsēs sunt ________ pars annī.
16. Prīma pars diēī est ________ .
17. Diēs est tempus ā māne ad ________ .
18. ________ est tempus ā vesperō ad māne.
19. Māne est ________ diēī, vesper ________ diēī est.
20. Diēs in duodecim ________ dīviditur.
21. Hōra sexta, quae ________ nōminātur, diem dīvidit in duās ________ partēs.

Exercitium 3

1. Quot mēnsēs sunt in annō? ...
2. Quī mēnsis annī prīmus est? ...
3. Quis est mēnsis annī postrēmus? ...
4. Quot diēs habet annus? ...
5. Num homō ducentōs annōs vīvere potest? ...
6. Ā quō nōminātur mēnsis Iānuārius? ...
7. Quot oculōs et quot ōra habet deus Iānus? ...
8. Cūr mēnsis nōnus September nōminātur? ...
9. Quot diēs habet mēnsis September? ...
10. Quam longus est mēnsis Octōber? ...
11. Estne mēnsis Februārius longior quam Mārtius? ...
12. Quae est pars diēī postrēma? ...
13. In quot hōrās dīviditur diēs? ...
14. Quot mēnsēs sunt dīmidia pars annī? ...

secundus
septimus
sextus
tertius
ūndecimus

aequus
annus
diēs
dīmidius
ducentī
duodētrīgintā
erat
faciēs
fīnis
hōra
igitur
initium
item
māne
mēnsis
merīdiēs
nōmināre
nunc
nox
postrēmus
saeculum
sexāgintā
tempus
trecentī
trīgintā
tunc
ūndecim
ūndētrīgintā
vel
vesper

accūsātīvus temporis

Exercitium 4

*Exemplum:*Iūlia duās hōrās dormit.

1. Homō sānus centum ann____ vīvere potest.
2. Nēmō ducent____ ann____ vīvit.
3. Canis duodecim ann____ vīvere potest.
4. Mēdus mult____ hōr____ in sōle ambulat.
5. Aemilius sex mēns____ mīlitat in Germāniā.
6. Quīntus trēs di____ et trēs noct____ in lectō iacet.
7. Mīlitēs pauc____ hōr____ dormiunt.

Lēctiō II

Lēctiō secunda (versūs 46–101)

-ior -issimus
-issima
-ius -issimum
-iōrēs -issimī
-issimae
-iōra -issima

Exercitium 5

1. Nūllus mēnsis brev______ est quam Februārius: is mēnsis annī brev______ est.
2. Sōl est stēlla clār______ quam cēterae stēllae: sōl stēlla caelī clār______ est.
3. Nīlus flūmen long______ et lāt______ est quam cētera flūmina Āfricae: id flūmen Āfricae long______ et lāt______ est.
4. Nūllī mīlitēs fort______ sunt quam Rōmānī: Rōmānī mīlitēs fort______ sunt.
5. *Tiberius* praenōmen long______ est quam cētera praenōmina: id praenōmen Latīnum long______ est.
6. Verba *īre* et *dare* brev______ sunt quam cētera verba Latīna: ea verba Latīna brev______ sunt.
7. Merīdiē sōl alt______ in caelō est quam ante et post merīdiem: merīdiē sōl alt______ est in caelō.
8. Mēdus: "Nūlla fēmina tam fōrmōsa aut tam proba est quam Lȳdia: ea fēmina fōrmōs______ ac prob______ est!"

-ēs -ēs
-em -ēs
-ēī -ērum
-ēī -ēbus
-ē -ēbus

Exercitium 6

1. Di______ est tempus ā māne ad vesperum.
2. Hōra sexta di______ dīvidit in duās aequās partēs.
3. Vesper est fīnis di______ .
4. Di______ prīmō mēnsis Septembris nōmen est kalendae Septembrēs.
5. Di______ quīntō decimō post lūnam novam lūna plēna est.
6. Aestāte di______ longiōrēs sunt quam noctēs.
7. Annus CCCLXV di______ habet; numerus di______ magnus est.
8. Prīmīs mēnsium di______ nōmina sunt *kalendae Iānuāriae, Februāriae, Mārtiae, Aprīlēs*, cētera.
9. Mēnsēs incipiunt ab iīs di______ quī *kalendae* dīcuntur.

Exercitium 7

1. Nōn sōl, sed ________ et ________ lūcent nocte.
2. ________ lūnae ā sōle venit; itaque lūna nōn tam ________ est quam sōl.
3. Sōl terram et lūnam lūce suā ________ .
4. Nōn ________ lūna lūce sōlis illūstrātur; ea pars lūnae quae nōn illūstrātur ________ est.
5. Cum lūna nova est, ________ [= parva] pars eius vidētur.
6. Lūna dīmidia ________ habet litterae D.
7. Diēs mēnsis I dīcitur ________ , V aut VII ________ , XIII aut XV ________ .
8. A. d. VIII kal. Apr. et a. d. VIII kal. Oct. ________ dīcuntur, nam iīs diēbus nox aequa est ________ diēs.

aequinoctium
aestās
atque
autumnus
calidus
clārus
exiguus
fōrma
frīgidus
glaciēs

9. Tempora annī sunt vēr, ________, autumnus, ________.
10. ________ ā Mārtiō, ________ ā Septembrī ________ [= initium facit].
11. Aestās nōn tempus ________, sed tempus ________ est.
12. Eō tempore multī Rōmānī ________ [: Rōmam] relinquunt.
13. Hieme nōn sōlum ________, sed etiam ________ dē nūbibus cadit.
14. Hieme ________ Germāniae glaciē ________.
15. Germānī puerī super ________ lacuum lūdunt.

hiems
īdūs
illūstrāre
imber
incipere
kalendae
lacus

Exercitium 8

1. Unde venit lūx lūnae? ...
2. Num tōta lūna sōle illūstrātur? ...
3. Quis dīcitur diēs tertius decimus mēnsis Aprīlis? ...
4. Quō mēnse longissimī sunt diēs? ...
5. Quae sunt quattuor tempora annī? ...
6. Ā quō mēnse incipit annus? ...
7. Quod annī tempus incipit ā mēnse Decembrī? ...
8. Quī mēnsis annī frīgidissimus est? ...
9. Cūr multī hominēs urbem relinquunt aestāte? ...
10. Quandō folia dē arboribus cadunt? ...
11. Quandō arborēs novīs foliīs ōrnantur? ...
12. Quī diēs annī brevissimus est? ...

lūna
lūx
nix
nōnae
obscūrus
operīre
stēlla
tōtus
urbs
vēr

Lēctiō tertia (versūs 102–149)

Lēctiō III

Exercitium 9

1. Antīquīs temporibus Mārtius mēnsis prīmus ________.
2. September, quī nunc mēnsis nōnus ________, tunc mēnsis septimus ________.
3. Tunc Rōma urbs nōn tam pulchra ________ quam nunc ________.
4. Tunc Rōmānī pauciōres ________ quam nunc ________.
5. Ante tempus Caesaris mēnsī septimō nōmen ________ Quīntīlis.

(nunc) est sunt
(tunc) erat erant

Exercitium 10

1. Aestāt____ diēs longiōrēs sunt quam hiem____.
2. Mēns____ Mārti____ et mēns____ Septembr____ diēs aequī sunt ac noctēs.
3. Hōr____ sext____ vel merīdi____ sōl altissimus est.
4. Quandō lūcet lūna? Lūna noct____ lūcet.
5. Di____ octāv____ post lūnam novam lūna dīmidia est.
6. Vēr____ arborēs novīs foliīs ōrnantur.
7. E____ tempor____ avēs nīdōs faciunt.

ablātīvus temporis

Exercitium 11

1. Estne Quīntus in cubiculō suō? ...
2. Estne obscūrum cubiculum Quīntī? ...
3. Cūr Aemilia fenestram claudit? ...
4. Cūr Quīntus hōrās longās esse putat? ...
5. Quod tempus est annī? ...
6. Ā quō nōminātur mēnsis Iūlius? ...
7. Quod nōmen eī mēnsī erat ante tempus Caesaris? ...
8. Num Iūlius vel Quīntīlis mēnsis quīntus est? ...
9. Cūr Quīntus dormīre nōn potest? ...
10. Ubi sōl lūcet cum nox est in Italiā? ...
11. Quandō hominēs dormiunt? ...
12. Quae urbs est caput imperiī Rōmānī? ...

Lēctiō grammatica

Lēctiō grammatica (versūs 150–176)

Exercitium 12

dēclīnātiō v
(gen. sing. -*ēī*)

	sing.	plūr.
nōm.	-*ēs*	-*ēs*
acc.	-*em*	-*ēs*
gen.	-*ēī*	-*ērum*
dat.	-*ēī*	-*ēbus*
abl.	-*ē*	-*ēbus*

Dēclīnātiō quīnta
Exemplum: *di|ēs*, gen. sing. -*ēī*, m.

	Sing.	Plūr.
1. Nōm.	*di*____	*di*____
2. Acc.	*di*____	*di*____
3. Gen.	*di*____	*di*____
4. Dat.	*di*____	*di*____
5. Abl.	*di*____	*di*____

6. *Diē* est ________ singulāris.
7. *Diēbus* ________ aut ________ plūrālis est.
8. *Diēī* est ________ aut ________ singulāris.
9. *Diem* ________ ________ est.
10. *Diērum* ________ ________ est.
11. *Diēs est* ________ *singulāris aut* ________ *aut* ________ plūrālis.

Exercitium 13

positīvus (pos.)
comparātīvus (comp.)
superlātīvus (sup.)

pos. -*us* -*a* -*um* / -*is* -*e*
comp. -*ior* -*ius*
sup. -*issim|us* -*a* -*um*

Exempla: *Februārius mēnsis brevis est, brevior quam cēterī mēnsēs: Februārius mēnsis annī brevissimus est.*

1. *Brev|is* -*e* positīvus est; *brevior* -*ius* ________ est; *brevissim|us* -*a* -*um* est ________.

	Masc.	Fēm.	Neutr.
2. Pos.	*alt*____	*alt*____	*alt*____
3. Comp.	*alt*____	*alt*____	*alt*____
4. Sup.	*alt*____	*alt*____	*alt*____
5. Pos.	*brev*____	*brev*____	*brev*____
6. Comp.	*brev*____	*brev*____	*brev*____
7. Sup.	*brev*____	*brev*____	*brev*____

Cap. XIV

CAPITVLVM QVARTVM DECIMVM

Lēctiō I

Lēctiō prīma (versūs 1–32)

Exercitium 1

uter utra utrum?
A-ne an *B*?
alter -era -erum:
aut *A* aut *B*
uter- utra- utrum-que:
et *A* et *B*
neuter -tra -trum:
nec *A* nec *B*

Exempla:
Uter servus, Dāvusne an Mēdus?
Uterque servus: et Dāvus et Mēdus.
Alter servus: aut Dāvus aut Mēdus.
Neuter servus: nec Dāvus nec Mēdus.

1. Duo puerī in hortum eunt, ________ puer ambulat, ________ currit.
2. ________ ē duōbus puerīs currit? Quīntus currit. ________ ambulat? Mārcus ambulat.
3. Iūlius: "Curre, Mārce!" Iam ________ puer currit, et Mārcus et Quīntus; ________ puer ambulat, nec Mārcus nec Quīntus.
4. Aemilia et Lȳdia sunt duae fēminae: ________ fēmina Rōmāna est, ________ Graeca.
5. ________ ē duābus fēminīs est Graeca? Lȳdia est Graeca.
6. ________ fēmina pulchra est, et Aemilia et Lȳdia; ________ fēmina foeda est, nec Aemilia nec Lȳdia.

7. Nīlus et Rhēnus sunt duo flūmina: ________ flūmen in Āfricā est, ________ in Eurōpā.
8. ________ ē duōbus flūminibus in Āfricā est, Nīlusne an Rhēnus? Nīlus in Āfricā est.
9. ________ flūmen magnum est, et Nīlus et Rhēnus; ________ flūmen parvum est, nec Nīlus nec Rhēnus.

Exercitium 2

1. Uterque puer in lectō ________ [= iacet].
2. Uter puer dormit, Mārcusne ________ Quīntus?
3. Mārcus dormit, sed Quīntus ________ .
4. Mārcus nōn aegrōtat, sed ________ .
5. Āēr frīgidus per fenestram ________ intrat.
6. Fenestra Quīntī nōn aperta, sed ________ est.
7. Puer vigilāns ________ canere audit: "Cucurrū!"
8. Dāvus: " ________ pēs tuus sē habet ________ [= hōc diē]?"
9. Quīntus: "Pēs male sē ________ . Dā ________ aquam, Dāve!" Dāvus eī aquam dat.

an
apertus
clausus
cubāre
gallus
habēre, sē h.
hodiē
mihi
quōmodo
valēre
vigilāre

Exercitium 3

1. Cūr Mārcus quiētus in lectō suō cubat? ...
2. Cūr alter puer vigilat nec dormīre potest? ...
3. Uter ē duōbus puerīs aegrōtat? ...
4. Pēsne sōlum dolet Quīntō? ...
5. Suntne magna cubicula puerōrum? ...
6. Uter puer fenestrā apertā dormit? ...
7. Quid per fenestram apertam intrat? ...
8. Cūr fenestra Quīntī clausa est? ...
9. Quid audit Quīntus? ...
10. Cūr Mārcus gallum nōn audit? ...
11. Quid gallus canēns salūtat? ...
12. Quem vocat Quīntus? ...
13. Quōmodo sē habet pēs Quīntī hodiē? ...
14. Cūr Quīntus noctem longam esse putat? ...
15. Quid Dāvus puerō aegrō dat? ...

Lēctiō secunda (versūs 33–74) — *Lēctiō II*

Exercitium 4

Exempla:

Servus ambulāns = servus quī ambulat; servī ambulantēs = servī quī ambulant.
Membrum dolēns = membrum quod dolet; membra dolentia = membra quae dolent.
Puella canēns = puella quae canit; puellae canentēs = puellae quae canunt.
Puer dormiēns = puer quī dormit; puerī dormientēs = puerī quī dormiunt.

[1] -āns -antēs -antia
[2] -ēns -entēs -entia
[3] -ēns -entēs -entia
[4] -iēns -ientēs -ientia

1. Puella plōr________ [= quae plōrat]; puellae plōr________ [= quae plōrant].
2. Puer rīd________ [= quī rīdet]; puerī rīd________ [= quī rīdent].
3. Cor palpit________ [= quod palpitat]; corda palpit________ [= quae palpitant].
4. Equus curr________ [= quī currit]; equī curr________ [= quī currunt].
5. Pāstor dorm________ [= quī dormit]; pāstōrēs dorm________ [= quī dormiunt].
6. Ovis err________ [= quae errat]; ovēs err________ [= quae errant].
7. Canis lātr________ [= quī lātrat]; canēs lātr________ [= quī lātrant].

8. Animal vol________ [= quod volat]; animālia vol________ [= quae volant].
9. Stēlla lūc________ [= quae lūcet]; stēllae lūc________ [= quae lūcent].

Exercitium 5

adhūc
afferre
deinde
excitāre
frīgēre
induere
inquit
lavāre
māne
mergere
nūdus
poscere
prīmum
pūrus
solēre
sordidus
surgere
tibi
toga
tunica
vestīmenta
vestīre

1. Iam hōra prīma est, sed Mārcus ________ dormit.
2. Servus clāmāns puerum dormientem ________ .
3. Mārcus ē lectō ________ ac servum aquam ________ iubet.
4. Servus eī aquam ________ et Mārcus manūs ________ .
5. Iam manūs eius nōn ________ , sed ________ sunt.
6. Mārcus prīmum manūs, ________ faciem lavat.
7. Dāvus eum caput tōtum in aquam ________ iubet.
8. ________ [= hōrā prīmā] puer manūs et faciem aquā frīgidā lavat.
9. Quīntus, quī ante Mārcum surgere ________ , hodiē nōn surgit, quod pēs et caput eī dolet.
10. "Mihi quoque caput dolet" ________ Mārcus, et Dāvus " ________ caput nōn dolet!" inquit.
11. Mārcus ________ , quia āēr frīgidus est et corpus eius ________ est.
12. Tunica et toga sunt ________ Mārcī.
13. Mārcus vestīmenta sua ā servō ________ : "Dā mihi ________ et ________ , Dāve! ________ mē!"
14. Mārcus ________ tunicam, deinde togam ________ .

Exercitium 6

1. Quō it Dāvus Quīntum relinquēns? ...
2. Vigilatne Mārcus? ...
3. Quōmodo Dāvus puerum excitat? ...
4. Quid Mārcus Dāvum afferre iubet? ...
5. Estne calida aqua quam Dāvus affert? ...
6. Quid Mārcus prīmum lavat? ...
7. Tōtumne corpus lavat Mārcus? ...
8. Estne frīgida aqua quā Rōmānī post merīdiem lavantur? ...
9. Cūr nōn surgit Quīntus? ...
10. Doletne caput Mārcō? ...
11. Cūr Mārcus frīget? ...
12. Quid Mārcus ā Dāvō poscit? ...
13. Quae sunt vestīmenta Mārcī? ...
14. Num Dāvus Mārcum vestit? ...

Lēctiō tertia (versūs 75–132) — *Lēctiō III*

Exercitium 7

-āns -antēs
-antem
-antis -antium
-antī -antibus
-ante/-antī
-āns -antia
-ēns -entēs
-entem
-entis -entium
-entī -entibus
-ente/-entī
-ēns -entia

1. Ancilla can________ et rīd________ ā puellā dormi________ nōn audītur.
2. Puella dormi________ ancillam can________ et rīd________ nōn audit, sed servum clām________ audit.
3. Servus clām________ puellam dormi________ excitat.
4. Puella dormi________ nōn ab ancillā can________ et rīd________ , sed ā servō clām________ excitātur.
5. Puella vōcem ancillae can________ et rīd________ nōn audit, sed vōcem servī clām________ audit.
6. Ancillae can________ et rīd________ ā puellīs dormi________ nōn audiuntur.
7. Puellae dormi________ ancillās can________ et rīd________ nōn audiunt, sed servōs clām________ audiunt.

8. Servī clām____ puellās dormi____ excitant.
9. Puellae dormi____ nōn ab ancillīs can____ et rīd____, sed ā servīs clām____ excitantur.
10. Puellae vōcēs ancillārum can____ et rīd____ nōn audiunt, sed vōcēs servōrum clām____ audiunt.
11. Dāvus nōn puerō val____, sed puerō aegrōt____ aquam dat.
12. Servus dominō imper____ pāret. Servī dominīs imper____ pārent.
13. Quīntus nec crūs dol____ nec bracchium dol____ movet.
14. Puer aegrōt____ membra dol____ nōn movet.
15. Avēs animālia vol____ sunt; ovis nōn est animal vol____.

Exercitium 8

1. Virī Rōmānī togam ____.
2. Mīles gladium gerit manū ____, scūtum manū ____.
3. Vir ____ [= togam gerēns] mīlitāre nōn potest.
4. Mārcus, cui pedēs frīgent, ____ induit.
5. Dāvus puerum ____ cum venīre iubet: "Venī mē ____!"
6. In ātriō ____ līberōs suōs exspectant.
7. Quīntus, quī ____ esse solet, hodiē ____ esse potest.
8. Dāvus Mārcō librum et ____ et ____ et rēgulam affert.
9. Iūlius: "Hodiē Mēdus ____ cum īre nōn potest, Mārce."
10. Mēdus librum et tabulam et cēterās ____ Mārcī ferre solet.
11. Mārcus ipse nihil ferre solet ____ mālum.
12. Fīlius discēdēns "____, pater!" inquit.

calceus
dexter
gerere
mēcum
multum
nihil
parentēs
praeter
rēs
sēcum
sinister
stilus
tabula
tēcum
togātus
valē

Exercitium 9

1. Sine pecūniā nūlla r____ [= nihil] emī potest.
2. Mēdus Lȳdiae r____ pulchram emit.
3. Pretium eius r____ est centum sēstertiī.
4. Eī r____ nōmen est 'ānulus gemmātus'.
5. Eā r____ ōrnātur digitus.
6. In tabernīs Rōmānīs multae r____ emī possunt.
7. Quī magnam pecūniam habet multās r____ emere potest.
8. Magnus est numerus eārum r____ quae Rōmae emī possunt.
9. Vīlla Iūliī multīs r____ pulchrīs ōrnātur.

rēs	rēs
rem	rēs
reī	rērum
reī	rēbus
rē	rēbus

Exercitium 10

1. Quid est toga? ...
2. Utrum bracchium virō togātō nūdum est? ...
3. Cūr mīles Rōmānus togam nōn gerit? ...
4. Quid mīles manū sinistrā gerit? ...
5. Cūr Mārcus calceōs poscit? ...
6. Quō eunt Dāvus et Mārcus? ...
7. Quī sunt in ātriō? ...
8. Quid est ante parentēs? ...
9. Quō it Aemilia? ...
10. Quid māter fīliō aegrōtantī dat? ...
11. Quid pater dat fīliō valentī? ...
12. Quās rēs Mārcus sēcum fert? ...
13. Quis cum puerīs īre solet? ...
14. Quid dīcit puer discēdēns? ...
15. Quid pater respondet? ...

Lēctiō grammatica

participium (part.)

[1] -ā|ns -a|nt|is
[2] -ē|ns e|nt|is
[3] -ēns -ent|is
(-i|ēns -i|ent|is)
[4] -i|ēns -i|ent|is

masc./fēm.

	sing.	plūr.
nōm.	-ns	-nt|ēs
acc.	-nt|em	-nt|ēs
gen.	-nt|is	-nt|ium
dat.	-nt|ī	-nt|ibus
abl.	-nt|e/ī	-nt|ibus
neutr.		
nōm.	-ns	-nt|ia
acc.	-ns	-nt|ia
gen.	-nt|is	-nt|ium
dat.	-nt|-ī	-nt|ibus
abl.	-nt|e/ī	-nt|ibus

Lēctiō grammatica (versūs 133–150)

Exercitium 11

1. *Vocā|re* īnfīnītīvus est. *Vocā|ns* est ____.
2. *Vidē|ns, pōn|ēns, audi|ēns* ____ sunt.
3. Īnfīnītīvus *volāre*, participium *vol*____.
4. Īnfīnītīvus *sedēre*, participium *sed*____.
5. Participium *dūcēns*, īnfīnītīvus *dūc*____.
6. Participium *veniēns*, īnfīnītīvus *ven*____.
7. Participium *faciēns*, īnfīnītīvus *fac*____; item participium *capiēns, iaciēns, fugiēns, pariēns, accipiēns, aspiciēns*, īnfīnītīvus *cap*____, *iac*____, *fug*____, *par*____, *accip*____, *aspic*____.

	Singulāris Masc./Fēm.	Singulāris Neutr.	Plūrālis Masc./Fēm.	Plūrālis Neutr.
8. Nōm.	*volāns*	*vol*____	*vol*____	*vol*____
9. Acc.	*vol*____	*vol*____	*vol*____	*vol*____
10. Gen.	*vol*____	*vol*____	*vol*____	*vol*____
11. Dat.	*vol*____	*vol*____	*vol*____	*vol*____
12. Abl.	*vol*____/__	*vol*____/__	*vol*____	*vol*____
13. Nōm.	*canēns*	*can*____	*can*____	*can*____
14. Acc.	*can*____	*can*____	*can*____	*can*____
15. Gen.	*can*____	*can*____	*can*____	*can*____
16. Dat.	*can*____	*can*____	*can*____	*can*____
17. Abl.	*can*____/__	*can*____/__	*can*____	*can*____

18. Masculīnum et fēminīnum: *volāns, canēns* est ____ singulāris, *volantem, canentem* ____ ____, *volantēs, canentēs* ____ aut ____ plūrālis.
19. Neutrum: *volāns, canēns* ____ aut ____ singulāris est, *volantia, canentia* ____ aut ____ plūrālis.
20. *Volante, canente* ____ ____ est.
21. *Volantī* ____ aut ____ singulāris est, *volantibus* ____ aut ____ ____.
22. *Volantis, canentis* est ____ ____, *volantium, canentium* ____ plūrālis.

Cap. XV

CAPITVLVM QVINTVM DECIMVM

Lēctiō I

Lēctiō prīma (versūs 1–40)

ego	sum	habeō
tū	es	habēs
is/ea	est	habet

Exercitium 1

1. Dēlia: "Ego laeta ____. Nōnne tū laeta ____, Syra?"
2. Syra: "____ laeta nōn ____. Cūr tū laeta ____, Dēlia?"
3. Dēlia: "Laeta ____, quia Lēander mē amat: ____ amīcus meus ____; ____ amīca eius ____."
4. Dēlia amīcum habe____, itaque ____ laeta ____.
5. Dēlia: "Nōnne tū amīcum habē____, Syra?"
6. Syra: "Ego amīcum nōn habe____."
7. Dēlia: "Cūr amīcum nōn habē____?"
8. Syra: "Amīcum nōn habe____, quia fōrmōsa nōn ____. ____ amīcum habē____, quia fēmina fōrmōsa ____."

Exercitium 2

1. Diodōrus ________ Mārcī est; Mārcus ________ Diodōrī est.
2. Diodōrus puerōs ________ verberat; eō modō magister discipulōs improbōs ________ solet.
3. Diodōrus enim magister ________ est.
4. Sextus prīmus ad ________ advenit.
5. Magister intrāns discipulum salūtat eumque ________ iubet: "Salvē, Sexte! ________ !"
6. ________ [= deinde] Sextus in ________ suā cōnsīdit.
7. Discipulus ________ [= tacēns] ante magistrum sedet.
8. Sextus iam adest, ________ [= sed] cēterī discipulī ________ adsunt.
9. Magister īrātus ________ : "Ō, discipulōs improbōs...!"
10. Titus ________ [= ōstium] pulsat ________ lūdum intrat.
11. Titus nōn ________ intrat, sed prīmum iānuam pulsat.

Exercitium 3

1. Quō it Mārcus? ...
2. Quis est Diodōrus? ...
3. Cūr Mārcus magistrum suum metuit? ...
4. Quōmodo magister discipulōs improbōs pūnit? ...
5. Cui discipulī pārent? ...
6. Quis discipulus prīmus ad lūdum advenit? ...
7. Quid facit Sextus cum magister intrat? ...
8. Cūr īrātus est magister? ...
9. Estne Sextus discipulus improbus? ...
10. Quid facit Titus antequam lūdum intrat? ...
11. Quid magister eum facere iubet? ...
12. Cūr Titus librum suum nōn habet? ...
13. Tūne magister/magistra an discipulus/discipula es? ..

Lēctiō secunda (versūs 41–95)

Exercitium 4

1. Lēander saccum port____ ; item Syrus saccum port____ .
2. Dāvus et Ursus lectīcam cum dominō port____ .
3. Lēander: "Saccus quem tū port____ , Syre, levior est quam is quem ego port____ ."
4. Dāvus: "Saccī quōs vōs port____ , Syre et Lēander, leviōrēs sunt quam lectīca quam nōs port____ ."
5. Iūlia can____ . Puerī nōn can____ , sed rīd____ , quod Iūliam canere aud____ , nam puerī eam male canere put____ .
6. Iūlia: "Cūr vōs rīd____ , puerī, cum mē canere aud____ ? Nōnne mē bene canere put____ ?"
7. Mārcus: "Nōs rīd____ cum tē canere aud____ , Iūlia, quia tē male canere put____ !"
8. Quīntus: "Ego nōn rīd____ cum tē canere aud____ ."
9. Iūlia: "Aud____ ne, Mārce? Quīntus nōn rīd____ cum mē canere aud____ . Cūr tū nōn rīd____ , Quīnte? Tūne mē bene canere put____ ?"
10. Quīntus: "Ego put____ tē vōcem satis pulchram habēre. Nōn male can____ , ut parva puella."
11. Iūlia: "Ego bene can____ , at vōs male can____ !"
12. Quīntus: "Nōn male can____ , ut magnī puerī!"

antequam
at
cōnsīdere
discipulus
exclāmāre
iānua
lūdus
magister
nōndum
pūnīre
sella
sevērus
statim
tacitus
tum
virga

Lēctiō II

[1]	-ō	-āmus
	-ās	-ātis
	-at	-ant
[2]	-eō	-ēmus
	-ēs	-ētis
	-et	-ent
[3]	-ō	-imus
	-is	-itis
	-it	-unt
[4]	-iō	-īmus
	-īs	-ītis
	-it	-iunt

convenīre
dēsinere
domī
īnferior
nisi
nōs
posterior
quid
quod
reddere
redīre
sē
sī
tergum
vērum
vōs

Exercitium 5

1. Mārcus (ad Sextum et Titum): "________ magistrum nōn salūtātis..."
2. Sextus et Titus: "Id ________ nōn est: ________ magistrum salūtāmus."
3. Magister: "Vērum dīcitis. ________ Mārcus dīcit vērum nōn est."
4. Magister īrātus ________ Mārcī verberat.
5. Tergum est pars corporis ________ .
6. Mārcus nōn lacrimat, neque enim lacrimāre puerō Rōmānō ________ .
7. Magister eum verberāre ________ , atque puer ad sellam suam ________ .
8. ________ [= cūr] Mārcus nōn cōnsīdit? Nōn cōnsīdit, quia pars tergī ________ eī dolet.
9. Quīntus nōn in ludō, sed ________ est.
10. Mārcus: "Quīntus dīcit '________ aegrum esse'."
11. Magister: "________ frāter tuus aeger est, in lūdum īre nōn potest."
12. Magister Mārcum Titō tabulam ________ iubet.
13. Magister: "Necesse est tē pūnīre, ________ tabulam nunc reddis Titō!"

Exercitium 6

1. Quis discipulus postrēmus advenit? ...
2. Mārcusne magistrum salūtat? ...
3. Cūr magister Mārcum verberat? ...
4. Cūr Mārcus nōn lacrimat? ...
5. Quō magister puerum redīre iubet? ...
6. Cūr Mārcus nōn cōnsīdit? ...
7. Quid est tergum? ...
8. Ubi est frāter Mārcī? ...
9. Cūr Quīntus in lūdum īre nōn potest? ...
10. Quid magister puerōs iubet? ...
11. Cūr Mārcus librum Titī habet? ...
12. Cūr Titus nōn potest mālum reddere Mārcō? ...

Lēctiō III

Lēctiō tertia (versūs 96–128)

Exercitium 7

1. Dāvus et Ursus, quī dominum vehunt, iam fessī ________ .
2. Syrus et Lēander saccōs vehunt; ________ nōndum fessī ________ .
3. Dāvus: "Nōs fessī ________ . Nōnne vōs fessī ________ , Syre et Lēander?"
4. Syrus: "________ fessī nōn ________ . Cūr ________ fessī ________ , Dāve et Urse?"
5. Ursus: "Nōs fessī ________ , quia dominus gravis ________ ."
6. Dāvus: "St! Dominus dormit; ________ quoque fessus ________ ."
7. Ursus: "________ quī vehitur fessus esse nōn pot________ ."
8. Servī, quī dominum portāre iam nōn pos________ , lectīcam in viā pōnunt. Dominus excitātur.
9. Iūlius: "Cūr hīc consistimus? Ubi ________ ?"
10. Dāvus: "In monte ________ . Iam tē portāre nōn pos________ , domine."
11. Iūlius: "Quid mē portāre nōn pot________ ?"
12. Dāvus: "Tē portāre nōn pos________ , quia nimis gravis ________ ."
13. Iūlius: "Ego gravis nōn ________ , nec lectīca gravis ________ ."
14. Ursus: "Sine tē lectīca gravis nōn ________ . Tūne apud lectīcam ambulāre pot________ ?"
15. Iūlius: "Fessus ________ : ambulāre nōn pos________ ."
16. Dāvus: "________ nōn tam fessus ________ quam nōs ________ ."
17. Iūlius: "Vērum dīcis: ego nōn tam fessus ________ quam vōs ________ , sed ________ dominus ________ , ________ servī ________ !"

ego	nōs
tū	vōs
is	iī
sum	sumus
es	estis
est	sunt
possum	possumus
potes	potestis
potest	possunt

Exercitium 8

1. Magister librum aperit ac ________ incipit.
2. Dum magister recitat, ________ discipulī dormiunt [= nūllus discipulus vigilat].
3. Discipulī tam bene dormiunt quam domī in ________ [= parvīs lectīs].
4. Ergō posteriōrem librī partem nōn audiunt, sed tantum ________ partem.
5. Magister eōs verberat. Discipulī: "Cūr ________ verberās?"
6. Magister: "______ verberō, quod aliō modō ______ excitāre nōn possum."
7. In lūdō dormīre nōn ________ .

Exercitium 9

1. Quid facit magister antequam recitāre incipit? ...
2. Tōtumne librum audiunt discipulī? ...
3. Cūr nōn audiunt posteriōrem librī partem? ...
4. Cūr magister recitāre dēsinit? ...
5. Quōmodo magister discipulōs excitat? ...
6. Quid Mārcus dīcit magistrō īrātō? ...
7. Quōmodo magister discipulōs pūnit? ...
8. Cūr discipulī nōn cōnsīdunt? ...
9. Cūr magister eōs ante sellās stāre iubet? ...
10. Quid recitat magister sedēns? ...
11. Num in lūdō dormīre licet? ...
12. Quid est lectulus? ...
13. Tūne stāns dormīre potes? ...
14. Ubi vōs dormīre solētis, discipulī? ...

lectulus
licēre
nōs (acc)
omnēs
prior
recitāre
vōs (acc)

Lēctiō grammatica (versūs 129–170)

Exercitium 10

1. *Voc|ō, vocā|mus* ________ prīma est.
2. *Vocā|s, vocā|tis* ________ ________ est.
3. *Voca|t, voca|nt* ________ ________ est.
4. *Voc|ō* persōna ________ singulāris est; *vocā|mus* est ________ ________ plūrālis.
5. *Vocā|s* ________ secunda ________ est; *vocā|tis* est ________ ________ ________ .
6. *Voca|t* persōna ________ ________ est; *voca|nt* est ________ ________ ________ .

	Sing.	Plūr.	Sing.	Plūr.	Sing.	Plūr.
7. Pers. 1	*am*___	*am*___	*vid*___	*vid*___	*aud*___	*aud*___
8. Pers. 2	*am*___	*am*___	*vid*___	*vid*___	*aud*___	*aud*___
9. Pers. 3	*am*___	*am*___	*vid*___	*vid*___	*aud*___	*aud*___
10. Pers. 1	*dūc*___	*dūc*___	*fac*___	*fac*___	*s*___	*s*___
11. Pers. 2	*dūc*___	*dūc*___	*fac*___	*fac*___	*es*	*es*___
12. Pers. 3	*dūc*___	*dūc*___	*fac*___	*fac*___	*es*___	*s*___

Lēctiō grammatica

persōna (pers.)

		sing.	plūr.
pers. 1		*-ō*	*-mus*
pers. 2		*-s*	*-tis*
pers. 3		*-t*	*-nt*
[1]	1	*-ō*	*-ā|mus*
	2	*-ā|s*	*-ā|tis*
	3	*-a|t*	*-a|nt*
[2]	1	*-e|ō*	*-ē|mus*
	2	*-ē|s*	*-ē|tis*
	3	*-e|t*	*-e|nt*
[3]	1	*-(i)ō*	*-imus*
	2	*-is*	*-itis*
	3	*-it*	*-(i)unt*
[4]	1	*-i|ō*	*-ī|mus*
	2	*-ī|s*	*-ī|tis*
	3	*-i|t*	*-i|unt*

Cap. XVI

Lēctiō I

appellāre
ēgredī
flāre
flūctus
implēre
īnferus
īnfluere
interesse
locus
maritimus
mergere
merx
nauta
nāvigāre
nāvis
opperīrī
ōra
paulum
portus
secundus
situs
sīve
superus
tempestās
tranquillus
turbāre
turbidus
vēlum
ventus

CAPITVLVM SEXTVM DECIMVM

Lēctiō prīma (versūs 1–40)

Exercitium 1

1. Italia inter duo maria ________ .
2. Id mare quod suprā Italiam ________ est 'mare ________' ________ [= vel] 'mare Hadriāticum' ________ [= nōminātur].
3. Īnfrā Italiam situm est mare ________ sīve Tūscum.
4. In Tiberī flūmine nōn multum, sed ________ aquae est.
5. Itaque magnae ________ Rōmam adīre nōn possunt.
6. Ōstia est oppidum ________ quod magnum ________ habet.
7. In ________ maritimā multī sunt portūs.
8. Ōs flūminis est ________ quō flūmen in mare ________ .
9. Rēs quās mercātōrēs emunt ac vēndunt ________ dīcuntur.
10. Cum nūllus ________ flat, mare ________ est.
11. Cum magnus ventus ________ , mare ________ est.
12. ________ est magnus ventus.
13. Tempestās mare ________ atque altōs ________ facit, quī nāvem aquā ________ possunt.
14. Nāvis quae aquā implētur in mare ________ cum nautīs.
15. Itaque ________ tempestātēs metuunt nec marī turbidō ________ volunt.
16. Is quī nāvigāre vult ventum secundum ________ [= exspectat].
17. Ventus ________ est ventus quī ā tergō flat.
18. Ventō secundō nāvēs ē portū ________ [= exeunt].
19. ________ nāvium ventō implentur.

Exercitium 2

1. Inter quae maria sita est Italia? ...
2. Cūr magnae nāvēs Rōmam adīre nōn possunt? ...
3. Ubi sita est Ōstia? ...
4. Quid dīcitur locus quō flūmen in mare īnfluit? ...
5. In quod mare Tiberis īnfluit? ...
6. Ubi sita sunt oppida Brundisium, Puteolī, Genua? ...
7. Quid est portus? ...
8. Quōmodo mercēs ex Āfricā in Italiam vehuntur? ...
9. Num mercēs tantum vehuntur nāvibus? ...
10. Quid facit is quī nāvigāre vult? ...
11. Quandō tranquillum est mare? ...
12. Quid est tempestās? ...
13. Cūr nautae tempestātēs metuunt? ...
14. Quid nautae in portū opperiuntur? ...

ablātīvus absolūtus
I: cum adiectīvō

Exercitium 3

1. Vent___ secund___ nāvēs ē portū ēgrediuntur.
2. Nāvēs plēn___ vēl___ per mare vehuntur.
3. Nautae neque mar___ tranquill___ neque mar___ turbid___ nāvigāre volunt.
4. Mārcus fenestr___ apert___ dormit, Quīntus fenestr___ claus___ cubat.
5. Puer ocul___ claus___ in lectō cubat.
6. Mārcus surgit ac ped___ nūd___ ante lectum stat.
7. Mārcus manūs lavat atque man___ pūrīs ē cubiculō exit.
8. Quīnt___ aegr___ trēs tantum discipulī adsunt.

9. Patr____ vīv____ fīlius pecūniōsus nōn est.
10. Lūn____ plēn____ nox obscūra nōn est.

Lēctiō secunda (versūs 41–95)

Lēctiō II

Exercitium 4

Exempla: verērī = timēre
verētur = timet, verentur = timent
verēns = timēns

[1] -ārī / -ātur -antur / -āns
[2] -ērī / -ētur -entur / -ēns
[3] -ī / -itur -untur / -ēns
[4] -īrī / -ītur -iuntur / -iēns (orītur)

1. In portū necesse est ventum opper______ .
2. Nautae ventum secundum opper______ .
3. Mēdus, quī dominum sevērum ver______ , ex Italiā in Graeciam proficīsc______ vult.
4. Ventō secundō nāvis ē portū ēgred______ .
5. Sōl or______ ; Mēdus et Lȳdia sōlem or______ intu______ .
6. Mēdus laet______ quia cum amīcā suā proficīsc______ .
7. Lȳdia Rōmā proficīsc______ laet______ nōn potest; dē oculīs eius lacrimae lāb______ .
8. Mēdus amīcam suam trīstem complect______ atque cōnsōl______ .
9. Quīntus oculīs clausīs cultrum medicī opper______ .
10. Parentēs fīlium vīvere laet______ .
11. Ovēs pāstōrem suum sequ______ ; canis ovēs sequ______ .
12. Omnēs nautae Neptūnum, deum maris, ver______ .
13. Oculī hūmānī sōlem intu______ nōn possunt.

Exercitium 5

ablātīvus absolūtus II: cum participiō (-nte -ntibus)

Exemplum: Iūlius nummōs suōs numerat Aemiliā spectante (= dum Aemilia spectat).

1. Sōl____ orient____ nāvis proficīscitur mult____ homin____ spectant____ .
2. Magistr____ recitant____ discipulī dormiunt.
3. Mārcus rīdet plōrant____ sorōr____ !
4. Sōl____ lūcent____ pāstor umbram petit.
5. Pāstor____ dormient____ ovis abit, sed pāstor lātrant____ can____ excitātur.
6. Cēter____ tacent____ et audient____ medicus Quīntum oculōs claudere iubet.
7. Gall____ canent____ excitātur puer.

Exercitium 6

1. __________ est pars nāvis posterior.
2. Illīc sedet __________ , is est nauta quī nāvem __________ .
3. __________ est ea pars caelī unde sōl hōrā prīmā __________ .
4. __________ est ea caelī pars quō sōl hōrā duodecimā __________ .
5. Oriēns et occidēns partēs caelī __________ sunt.
6. Ea caelī pars ubi sōl merīdiē stat appellātur __________ .
7. Pars contrāria dīcitur __________ ā septem stēllīs quae __________ in eā parte caelī stant.
8. Nautae ad occidentem nāvigantī merīdiēs ā __________ est, ā __________ septentriōnēs, oriēns ā tergō.
9. Ventō secundō atque caelō __________ multae nāvēs __________ [= ūnō tempore] ē portū ēgrediuntur.
10. Mēdus et Lȳdia nāvem __________ et ex Italiā __________ .
11. Lȳdia Mēdum in puppim ascendentem __________ .

cernere
complectī
cōnscendere
cōnsōlārī
contrārius
dextra
gubernāre
gubernātor
intuērī
lābī
laetārī
merīdiēs
occidēns
occidere
oriēns
orīrī

proficīscī
puppis
semper
septentriōnēs
sequī
serēnus
simul
sinistra
verērī

12. Lȳdia trīstis est, sed Mēdus __________ [= gaudet] nec iam dominum __________ .
13. Mēdus faciem Lȳdiae __________ [= spectat]: dē oculīs eius lacrimae __________ .
14. Mēdus amīcam suam __________ eamque multīs verbīs __________ .
15. Parvae rēs quae procul absunt oculīs __________ nōn possunt.

Exercitium 7

1. Ubi sedet gubernātor et quid agit? ...
2. Quid est puppis? ...
3. Quae sunt quattuor partēs caelī? ...
4. Quae dīcitur ea caelī pars unde sōl oritur? ...
5. Pars contrāria quae est? ...
6. Unde Mēdus et Lydia nāvem cōnscendunt? ...
7. Quō proficīscuntur? ...
8. Cūr in Graeciam īre volunt? ...
9. Quid sēcum ferunt in nāve? ...
10. Quid Mēdus et Lydia ē nāve spectant? ...
11. Cūr hominēs in portū vix cernī possunt? ...
12. Num trīstis est Mēdus? ...
13. Cūr Lydia nōn laetātur? ...
14. Quōmodo Mēdus amīcam suam cōnsōlātur? ...
15. Quam in partem nāvigant? ...

Lēctiō III

Lēctiō tertia (versūs 96–150)

Exercitium 8

multum / paulum | -ī / -ae / -is

Exemplum: Puer aeger multum aquae bibit et paulum cibī ēst.

1. In Tiberī nōn multum, sed paulum aqu______ est.
2. Iūlius multum pecūni______ habet.
3. Ovēs multum herb______ edunt.
4. Pāstor nōn paulum pān______ sēcum fert.
5. In corde et in vēnīs multum sanguin______ est.
6. Post paulum tempor______ discipulī dormiunt.

Exercitium 9

multum / paulum
multō | -ior -ius
paulō | post / ante

1. Quīntus, quī mult______ ēsse solet, hodiē paul______ ēst.
2. Quīntus mult____ crassior est quam Mārcus et paul____ crassior quam Iūlia.
3. Nāvis proficīscitur; paul______ post terra cernī nōn potest.
4. Nūbēs oriuntur, nec mult______ post tempestās oritur.
5. Iam flūctūs mult______ altiōrēs sunt quam paul______ ante.
6. Nautae mult______ aquae ē nāve hauriunt.
7. Nāvis paul______ levior fit.
8. Dānuvius flūmen mult______ longius est quam Tiberis et paul______ longius quam Rhēnus.

Exercitium 10

āter
cōnārī
fierī fit
fulgur
haurīre
iactāre

1. Dum gubernātor __________ [↔ tacet], Mēdus caelum spectat.
2. Ab occidente nūbēs oriuntur nōn albae, sed __________ .
3. Nauta deum Neptūnum __________ : "Ō Neptūne!"
4. Paulō post __________ caelum et mare illūstrat, et statim magnus __________ audītur.
5. Simul tempestās oritur; mare turbidum __________ [= esse incipit].

6. Nāvis flūctibus ______ ac ______ [= prope nōn] gubernārī potest.
7. Necesse est aquam ______ et mercēs iacere.
8. Gubernātor Neptūnum invocat ______ timōrem [= quia timet].
9. Lydia Chrīstum invocat: "Ō Chrīste! ______ nōs!"
10. Mēdus Lydiam lābentem sustinēre ______, nec ______ [= sed nōn] ipse stāre potest.
11. Lydia ______ [= rūrsus] Chrīstum invocat: "Ō Chrīste! Iubē mare tranquillum ______!"

invocāre
iterum
loquī
propter
servāre
tonitrus
vērō
vix

Exercitium 11

1. Quid Mēdus in occidente videt? ...
2. Quid gubernātor opperītur? ...
3. Cūr Neptūnum invocant nautae? ...
4. Cūr nāvis gubernārī vix potest? ...
5. Quid nautae ē nāve hauriunt? ...
6. Cūr mercēs in mare iaciuntur? ...
7. Ubi est mercātor cuius mercēs iaciuntur? ...
8. Quem dominum Lydia invocat? ...
9. Quid tum agit Mēdus? ...
10. Cūr Mēdus loquī nōn potest? ...
11. Cūr nautae aquam haurīre dēsinunt? ...
12. Mergiturne nāvis? ...

Lēctiō grammatica (versūs 151–165)

Lēctiō grammatica

Exercitium 12

1. *Timē|re* verbum āctīvum est; *timē|rī* verbum ______ est.
2. *Verē|rī* est verbum ______; *verē|rī* et *lāb|ī* verba ______ sunt.
3. Īnfīnītīvus verbī dēpōnentis nōn in *-re* dēsinit, sed in *-rī/-ī* ut īnfīnītīvus verbī ______.
4. Īnfīnītīvus: *cōn*______, *intu*______, *loqu*______, *opper*______.
5. Persōna tertia verbī dēpōnentis nōn in *-t*, *-nt* dēsinit, sed in *-tur*, *-ntur* ut persōna tertia verbī ______.
6. Persōna tertia: singulāris: *cōn*______, *intu*______, *loqu*______, *opper*______; plūrālis: *cōn*______, *intu*______, *loqu*______, *opper*______.
7. Participium verbī dēpōnentis dēsinit in *-ns* ut participium verbī ______.
8. Participium: nōm. sing. *cōn*______, *intu*______, *loqu*______, *opper*______.

verbum dēpōnēns
verbum āctīvum:
  īnf. *-re*
  pers.3 *-t -nt*
verbum passīvum et dēpōnēns:
  īnf. *-rī -ī*
  pers. 3 *-tur -ntur*
verbum āctīvum et dēpōnēns:
  part. *-ns -ntis*

CAPITVLVM SEPTIMVM DECIMVM

Cap. XVII

Lēctiō prīma (versūs 1–41)

Lēctiō I

Exercitium 1

1. Quot sunt X et III? ...
2. Quot sunt X et IV? ...
3. Quot sunt X et V? ...
4. Quot sunt X et VI? ...
5. Quot sunt X et VII? ...
6. Quot sunt X et VIII? ...
7. Quot sunt X et IX? ...
8. Quot sunt XX et VIII? ...
9. Quot sunt XX et IX? ...
10. Quot sunt XX et X? ...

duodētrīgintā
duodēvīgintī
quattuordecim
quīndecim
sēdecim
septendecim
trēdecim
trīgintā
ūndētrīgintā
ūndēvīgintī

centēsimus
discere
docēre
doctus
indoctus
industrius
interpellāre
nescīre
nōngentī
octingentī
piger
postrēmō
prāvē
prāvus
prūdēns
quadrāgintā
quadringentī
quīngentī
quīnquāgintā
quisque quemque
rēctē
rēctus
respōnsum
scīre

Exercitium 2

1. Discipulus est puer quī ______.
2. Quī discipulōs ______ magister est.
3. Magister est vir ______, quī multās rēs ______.
4. Discipulī sunt puerī ______, quī multās rēs ______ [= nōn sciunt].
5. Discipulus quī nihil discere vult ______ est.
6. Sextus nec stultus nec piger est, sed ______ atque ______.
7. Magister: "Dīc numerōs ā decem ______ ad centum!"
8. ______ discipulus manum ______, prīmum Sextus, deinde Titus, ______ Mārcus.
9. Titus numerōs dīcit ā X ad XXII, tum magister eum ______.
10. Titus decimum ______ numerum dīcit ā XX ad C: "Vīgintī, trīgintā, ______, ______, sexāgintā, ______, octōgintā, nōnāgintā, centum."
11. Sextus, quī numerōs ā C ad M dīcere iubētur, ______ [= tam multōs] numerōs dīcere nōn vult.
12. Sextus ______ [C] quemque numerum tantum dīcit: "Centum, ducentī, trecentī, ______, ______, ______, ______, ______, ______, mīlle."
13. Magister: "Quot sunt ______ [XL] et decem?" Sextus: "______ [L]." Mārcus: "Sexāgintā."
14. Quod Sextus respondet ______ est.
15. ______ Mārcī nōn rēctum, sed ______ est.
16. Sextus ______ respondet; Mārcus ______ respondet.

sescentī
septingentī
septuāgintā
tollere
tot
ūsque

Exercitium 3

1. Quid magister puerōs docet? ...
2. Num doctī sunt discipulī? ...
3. Quī discipulus multās rēs discit? ...
4. Sedentne discipulī magistrō recitante? ...
5. Quid faciunt discipulī antequam respondent? ...
6. Omnēsne simul manum tollunt? ...
7. Quōs numerōs dīcit Titus? ...
8. Num Sextus omnēs numerōs dīcit ā centum ad mīlle? ...
9. Estne Sextus puer stultus? ...
10. Omnēsne discipulī rēctē respondent? ...
11. Cūr Mārcus prāvē respondet? ...

Lēctiō secunda (versūs 42–87)

Lēctiō II

-ō -mus
-s -tis
-t -nt

-or -mur
-ris -minī
-tur -ntur

Exercitium 4

1. Bonus discipulus magistrum salūta______ cum eum vide______ et ā magistrō salūtā______ cum ab eō vidē______.
2. Sextus: "Ego magistrum salūt______ cum eum vide______ et ā magistrō salūt______ cum ab eō vide______."
3. Mārcus: "Ego numquam ā magistrō salūt______."
4. Sextus: "Tū nōn salūtā______ ā magistrō cum ab eō vidē______, quia ipse magistrum nōn salūtā______ cum eum vidē______."
5. Bonī discipulī magistrum salūta______ cum eum vide______ et ā magistrō salūta______ cum ab eō vide______.

6. Sextus et Titus: "Nōs magistrum salūtā_____ cum eum vidē_____ et ā magistrō salūtā_____ cum ab eō vidē_____."
7. Mārcus: "Vērum dīcitis: vōs magistrum salūtā_____ cum eum vidē_____ et ā magistrō salūtā_____ cum ab eō vidē_____, quia magister amīcus patribus vestrīs est!"

Exercitium 5

1. Syra Iūliam vocat = Iūlia ā Syrā voc_____.
2. Syra Iūliam quaerit nec eam reperit = _____ _____ _____ _____ _____ _____.
3. Iūlia: "Syra mē vocat" = "(Ego) _____ _____ _____."
4. Iūlia: "Syra mē quaerit nec mē reperit" = "(Ego) _____ _____ _____ nec _____."
5. Mārcus: "Syra tē vocat" = "(Tū) _____ _____ _____."
6. Mārcus: "Syra tē quaerit nec tē reperit" = "(Tū) _____ _____ _____ nec _____."
7. Syra puerōs vocat = _____ _____ _____ _____.
8. Syra puerōs quaerit nec eōs reperit = _____ _____ _____ _____ nec _____.
9. Puerī: "Syra nōs vocat" = "(Nōs) _____ _____ _____."
10. Puerī: "Syra nōs quaerit nec nōs reperit" = "(Nōs) _____ _____ _____ nec _____."
11. Iūlia: "Syra vōs vocat" = "(Vōs) _____ _____ _____."
12. Iūlia: "Syra vōs quaerit nec vōs reperit" = "(Vōs) _____ _____ _____ nec _____."

[1]	-or	-āmur
	-āris	-āminī
	-ātur	-antur
[2]	-eor	-ēmur
	-ēris	-ēminī
	-ētur	-entur
[3]	-or	-imur
	-eris	-iminī
	-itur	-untur
[4]	-ior	-īmur
	-īris	-īminī
	-ītur	-iuntur

Exercitium 6

1. Magister Sextum _____: "Bonus es discipulus, Sexte. Semper rēctē, _____ prāvē respondēs."
2. Mārcus nōn laudātur, sed _____.
3. Quod magister interrogat nōn difficile, sed _____ est.
4. Mārcus vērō semper prāvē respondet, _____ facile est quod interrogātur; neque enim _____ antequam respondet.
5. Mārcus: "Quod ego interrogor nimis _____ est, neque aliī discipulī tam _____ interrogantur quam ego."
6. XXX et VIII sunt _____, XXX et IX _____.

cōgitāre
difficilis
duodēquadrāgintā
facilis
laudāre
numquam
quamquam
reprehendere
saepe
ūndēquadrāgintā

Exercitium 7

1. Cūr Sextus et Titus laudantur ā magistrō? ...
2. Estne difficile quod magister interrogat? ...
3. Quem magister reprehendit? ...
4. Cūr Mārcus numquam laudātur?
5. Num Mārcus semper interrogātur? ...
6. Estne magister amīcus patribus discipulōrum? ...
7. Quīntusne ā magistrō reprehenditur? ...
8. Quot sunt quadrāgintā et octō? ...
9. Estne facile quod vōs interrogāminī, discipulī? ...
10. Tūne saepe ā magistrō/magistrā laudāris? ...
11. Tūne Mārcum stultum esse putās? ...

Lēctiō III

Lēctiō tertia (versūs 88–152)

